

Notes du mont Royal



www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES
Google Livres

FLAVII
I O S E P H I
O P E R V M T E R -
T I V S T O -
M V S
*

*De Bello Iudaico libros coninēs septem: Contra
Apionem libros duos: ex Gracorum codicim.
collatione per Sigismundum Gelenium castiga-
tos: De Machabaeis fuit de Imperio rationis li-
brum unū, à D. Erasmo Rotterodamo recognitū.*

*Indicem præterea materialium in toto ope-
re contentarum locupletem.*



A P V D S E B . G R Y -
P H I V M L V -
O O G D V N I .
1517

• 8 •

$$z_1^2 + z_2^2 = \left(\frac{1}{2} \right)^2 + \left(\frac{\sqrt{3}}{2} \right)^2 = 1$$

— 5 —

**THE
UNIFORMS
REGIMENT
PRIVATEERS**

FL: IOSEPHI
DE BELLO IVDAICO

LIBRI VII. INTEGRA.

se Rufino Aquileiensis, ad Gra-
cum collati & emendati
per Sigismundum
Gelenium.

PROLOGVS.



VONIAM bellū, quod cū pō-
phlo Romano gessere Iudai, o-
mniū maximū que nostra atas
uidit, queq; auditi pcepimus,
ciuitates cū ciuitatibus, gēteſ-
ue cōmīſſe cū gentibus: quidā, non quōd rebus
īneſuerine, ſed uana & incongrua narrantiū
ſermones auribus colligentes, oratorū more per-
ſcribūt: qui uero preſto fuerūt, aut Romanorum
obsequio, aut odio Iudaorū contra fidē rerum
falsa cōfirmant: ſcripiis autē eorū partim accu-
ſatio, partim laudatio cōmetetur: nusquam uero
exacta fides reperiitur historie. Idcirco statui,
qua retro barbaris antea mihi, patria lingua di-
geſta, Gracē nūc his qui Romano imperio regū-
tur exponere, ego Iosephus Matathia filius He-
braus genere, ſacerdos ex Hierosolymis: qui
& iniicij Romani conflixi, poſteaq; gestis,
quia neceſſitas exegit, īneſui. Nā cū hoc (ut di-

xi) bellū granissimū exoriū est, Romanorū quidem populu domesticus moeū habebat: Iudeorum autē, qui etate validi, & ingenio turbulenti erāt, manu simul ac pecunia uigētes, adeo tēporibus insolenter abusi sunt, ut pro tumultus magnitudine, hos possidendarū spes, illos amittendarū partiu Orientis meritis inuaderet. Quoniam Iudai quidē cunctos, etiā qui trās Euphratēm essent, geneiles suos, secum rebellaturos esse crediderat. Romanos autē & finitimi Galli irritabāt, nec Germani quiescebāt: dissensionūq; plena erāt omnia post Neronē: & muli quidē temporū occasione Imperiū affectabāt: lucri auctem cupidine exercitus rerū nouandarū cupide erant, Itaq; indignū esse duxi, erraneē in eanis rebus dis̄simulari ueritatē: & Parthos quidē, ac Babylonios, Arabumq; remotissimos, & ultra Euphratē genū nostra incolas, itemq;
 Adiabenos, mea diligētia uerè cognoscere, unde cōpisset bellum, quantiūq; cladibus cōsticisset, quōne modo defūset: Gracos uero, & Romanorū aliquos, qui militiam secuei non essent, figmentis siue adulatioṇibus cap eos, ista nescire. Nequi historias andere eas inscribere, quā preter hoc (ut mōre quidē uideatur) quod nihil sani referunt, etiā de proposito decidunt. Nam dum Romanos solunt magnos ostēdere, Iudeorum res extenuant, & in humilitatē deīciunt. Non autem intelligo, quonam pactō magni esse uid

videatur, qui parva superauerint. Et neq; lon-
 gi temporis eos puderit, quo bellum trahitum est:
 neq; multitudinis Romanorum, quā in ea mul-
 tia labor exercuit: neq; ducum magnitudinis:
 quorū profecto gloria minuitur, si cum milium
 pro Hierosolymis defudaverint, rebus per eos
 prosperè gestis aliquid derogeatur. Nec iam
 ego concione Romanas res extollentū, gen-
 tiles meos amplificare decrevi: sed facta quidē
 merorūq; sine ullo mēdacio prosequar: diēta ne-
 rō de factis reponam, dolori atq; affectioni mea
 in deflendis patrie cladibus indulgens. Nam q
 domesticis dissensionibus est enervata, q in tem-
 plum sacrosanctum invitas Romanorū manus
 atq; ignē Iudeorū tyranni traxere, testis est qui
 eam uastanit, ipse Cesar Tiuis: per omne bellū
 miseratus quidē populum, quod à seditionis en-
 fodiaretur: sape autē consilio differri passus ci-
 vitatis excidiū, protracto obfidionis spatio, dū-
 modo belli pœniterei autores: Quòd si quis me
 aduersus tyrānos, eorūq; latrocinium accusa-
 riē loqui puer, uel patrie miserijs ingemencem
 caluniari preser legem historie, dolori ueniam
 tribuat. Ex omnibus enim, qua Romano impe-
 rio parent, solam nostram cinitatem contigit ad
 summum felicitatis fastigium euadere, ean-
 demq; in extremū miseria deūci. Deniq; omniū
 post conditae secula res aduersas, si cum Iudaorū
 calamitatibus conferantur, superalium irā

non ambigo. Et horum autor nullus exterritus
est: unde nec fieri potest, ut à quæstibus tempe-
retur. Si quis autem durior misericordia sit iu-
dex, res quidē tribuat historie, lamēta uero scri-
ptori: quanquam merito Gracorū discretos incre-
pauerim, qui tantiis rebus sua memoria gestis,
quarū cōparatione præterita olim bella exigua
redduntur, iudices residuae aliorū facundia de-
trahentes: quorū & si doctrinā superat, propo-
sito uincuntur. Ipsi uero Assyriorū & Medo-
rum gesta perscribūt, nclusi minus recte à scri-
ptoribus antiquis sucrine exposua: cùm in scri-
bendo tantum eorum uiribus cedant, quanuam
senteant. Erat enim unicuique studium, que ni-
disset facta, cōscribere: quonia et interfuisset re-
bus gestis, & efficaciter quod promittebas, im-
pleres: mensiriq; apud sc̄ictes, in honestū esse ui-
deretur. Enim uero noua quidem neq; ante co-
gnita memoria tradere, sūniq; tēporis res cōmen-
dere posteris, laude ac testimonio dignum est.
Iudictrius autē habetur, non qui alienā dispo-
sitionē atq; ordinem transfert, sed qui noua di-
cendo etiam corpus proprium conficit historie.
Sed ego quidem sumptu ac labore maximo, quā
cūm sim alienigena, Gracis simul & Romanis
gestarū rerum memoriam repono. Ipsis autem
indigenis, ad quaestū quidē ac lites, ora patens,
linguaq; soluea suni, ad historiā uero in qua ue-
rum dicendum est, summāq; ope negotia colli-
genda

genda sunt, obmutescunt: cōcessa insirioribus
 neq; scientibus licentia scribendi res à princi-
 piis gestas. Honoratur itaq; apud nos histo-
 riae ueritas, que à Gracis negligitur. Ab origi-
 ne quidē Indaos repetere, qui fuerint quōne pa-
 elo ab ~~Ag~~ ypijs discesserint, quasq; regiones
 errando perigrauerint, & quas uel quoties in-
 coluerint. & quādmodum inde emigrauerint,
 neq; huic esse rēporis. & praeterea superna-
 tū existimauit: quoniā muli ante me Indorū
 de maioribus huic genii uerissima composue-
 vum; & nonnulli Gracorū, que illi scripsérāt,
 patria uoce prosecutæ non multum à ueritate de-
 uiciunt: ex eo autē historia principiū sumā, quo
 scriptores eorū & prophetae nostri desierunt. Et
 bellū qdē mīis rēporibus geslū, latius quaq; po-
 tenero diligētiare referā: qua uero etiā mea sunt
 antiquiora, summariū breviterq; percurram:
 Quomodo Antiochus cognomēto Epiphā-
 nes, denicta penitus Hierosolymā, cū triennium
 sexq; menses eam tenuisset, ab Asamonai filijs
 expulsus est. Deinde q̄ eorum posteri de regno
 discedentes, ad res suas occupandas populum
 Romanum Pompeiumq; traxerunt: quomodoq;
 Herodes Antipatri filius eorū potestia finem
 fecerit, auxiliq; Sosy. Tū quomodo Herode mor-
 ento plebis in eos ora seditio est. Augusto qui-
 dā imperante Romanis, Quintilio autē Varo
 provinciā obiunxerat. Quodq; bellū anno duo-

decimo imperij Neronis eruperit: quāq; multa
per Cestiu acciderint: quātaq; ad primas imper-
tus armis Iudei phaserim: quoq; modo accolat
permunierint: & Nero proprier acceptas Ce-
stij ductu clades summa rei mecent, & espasia-
nū bello preposuerit: & quod is cū maximo fa-
torū Indiae intrauerit, quanumq; Romano-
rum exercitū ducēs: quantaq; manus auxiliorū
per omnē cesa fuerit Galilaea: & q; eius ciuita-
tum quasdā nō ceperit, alias deditio[n]e. Vbi etiū
Romanorū in bello disciplinam curāq; rerū, &
uriusq; Galilee spacia, & naturam finesq; In-
dae, necnō & peculiarē terra qualitatē, lacusq;
& fontes, capiarumq; ciuitatū mala, cū fide fr-
ent nidi, aut periculi, expediā. Nec etiā misericordie
meas calauerim, cū sciētibus eas relaturus sum.
Deinde, q; iam fessis rebus Indiaorū, Nero quā-
dem morie obierit: & espasianus quiē in Hiero-
solymam properans, imperij causa retrahens su-
osq; signa de hoc ei conigerint, Romaq; mun-
tationes: & quod in iure a milib[us] impera-
tor declaratus sit: & quod eo disponēde reipu-
blica gratia in Aegyptū digresso, Indiaorū fla-
tus seditionibus agitatus sit: quoq; modo tyrā-
nic succubuerint, eoruq; inter se discordias mo-
uerint. Et q; ex Aegypto Titus reversus, b[ea]tus
Indiaorū fines ingressus sit: quoq; modo exerci-
tum, & quo in loco cōgregaverit: vel qualiter,
& quoties ciuitatē affecione ipso presante sedi-
cio.

etio. Aggressus quoq; numerosos, ex quantos
 erexerit aggeres: iriumq; murorum ambitum ex
 magnitudinē, siue mensuram, ex munitionē ci-
 vitatis: et fani templiq; dispositionē: ad hac ara
 spatii, mensuramq; uerissimē dicam: festorum
 quoq; dierū mores aliquos, septemq; lustratio-
 nes, ex munia sacerdotū. Itemq; pontificis ue-
 stes, sanctaç; templi cuiusmodi fuerint, sine ali-
 qua dissimulatione uel adiectione memorabo.
 Narrabo deinde tyrannorum in suos gentiles
 crudelitatē, Romanorūq; in alienigenas huma-
 nitatem: quotiesq; Titus, ciuitatē simul ac tem-
 plum seruare cupiens, ad cōcordie fœdūra dis-
 sidentes provocavit. Differā uero populi uulne-
 ra, ex calamitatis: quamq; multa mala nunc
 bello, nunc seditionibus, nunc fame perpeti,
 postea capti sunt. Nec uero aut perfugarū cla-
 des, aut capiitorū supplicia praepermittam: uel
 quemadmodum templum in uito Cæsare conflag-
 rauerit: quamq; multe opes sacra flamma ra-
 pta sunt: ac totius, qua reliqua erat, ciuitatis
 excidiū: ex qua præcesserant portæ, arcq; pro-
 digia, uel tyrannorū capiuitatē: uel qui seruitio
 abducti sunt, maliciudinē: aut cui quisq; foren-
 na sit distribuens: ex quod Romani quidē bellū
 reliquias persecuti sunt, deuictorumq; muni-
 mina funditus eruerunt. Titus uero peragata
 regione, cuncta restituens: eiusdemq; redditum in
 Italiam, ac triumphum. Hac omnia septem li-
 bris

bris comprehensa, admixtae ut superationem
à rerū sciensibus & qui bello interfuerunt su-
stineat, studiosis uerbiatis magis quam nolapra-
eis perscripti. Narrandi autem initium faciam
hoc ordine, quo capitula sunt digesta.

FL. JOSEPHI DE BELLO IUDAICO

LIBER I.

De ualutione Hierosolymæ ab Antiocho. CAP. I.

iq. li.
ep. 6

V. M. potentes Iudaorū inter se
dissiderent ea tempore, quo de rebus
Syria cum Ptolemao Sexto
Antiochus, qui Epiphanes dicitur
etius est, ambigebat: (erat autem
illis contentio de potestate, q̄ honoratus quisque
prauiter ferret, similibus subingerari) Onias
quidam à pontificibus postquam prauuluit,
Thobias filios expulit ciuitate, illi autem sup-
plices ad Antiochum configerunt, potentes ne
ipsis ducibus in Iudeam irrumpere. Idq; regis
persuasum est, iampridē sic animato. Quare cū
magnis milieum copijs egressus, & ciuitatē for-
titer expugnata capi, & maximam eorum
multitudinem, quibus Ptolemaeus carior erat, in-
cerfecit. Dataq; paſsim milieibus pradādi licē-
ria, ipse & iēplum spoliavit, et quo ejusq; re-
ligionis assiduitatem per annos sexq; menses

inhibuit. Pontifex autem Onias effugit ad Pro- Antiquum:
 lemnum: acceptoq; ab eo in Heliopolitana pre- 13. cap.
 fectura solo, ibi oppidū condidit Hierosolymis
 famile, templumq; adificans: de quibus iterum
 opportunitate referemus. Verum tamen Antiocho
 neq; praeter spem deuicta ciuitas, neq; popula- 12. cap.
 tio, neq; tante cedes saevis fuere: sed intemperan-
 sia uisorū, eorumq; memoria qua in obsidione
 perirent, Iudeos cogere cœpit, ut abrogare Antio-
 more patrio, nec infantes suos circūcidaret, por-
 eosq; super arā immolare: quibus omnes qui-
 dem aduersabantur, optimus uero quisq; pro-
 pterea trucidabantur. Et Bacchides præsidij ab
 Antiocho præpossum, ad naturale crudelitatem
 suam præcepis imp̄js obsecundans, omnimodā
 iniquitatē excesit: cum et singularem viros ho-
 norabiles uerberaret, et communiter quotidie
 specie capie urbis exhiberet: donec eos atrociter
 incōmodorū, qui ea patiebantur, ad vindicta
 audaciā irritauit. Deniq; Mithras Asa Antiquum:
 monai filius, unus ex sacerdotibus, ex uico cui
 nomen Modin est, cū manu domestica (nā quinq;
 filios habebat) sicut armatus, Bacchidē occidit:
 et statim quidē presidiorū multitudinē ueritus,
 in mōtes refugit. Multis uero ex populo sibi so-
 ciatis, recepta fiducia descendit: cōmūsoq; prælio,
 superatos duces Antiochi ex Iudea finibus
 exegit, secūdis autem rebus potentiā noctus, suisq;
 uocib;ne, q; ab alienigenis eos liberasset, impo-
 rans

rans, moritur reliquo Iude principatu, qui filiorum
 suorum natus maximus erat. Ille autem (nec
 enim cessarum existimabat Antiochum) et in-
 digenarum consilium exercitum, et cum Romanis pri-
 mus amicitiam pepigit: Antiochumque; Epipha-
 nem iherum in fines suos ingrediebatur uehemen-
 tissima percussum plaga repressit. Adhuc autem
 feruere uictoria, in presidia ciuitatis impeium fe-
 cit: necedum enim casa fuerat: habitoque; conflictu-
 malices de superiori ciuitate, que pars sacra di-
 citur, ad inferiore compellit. Fano autem portus, et
 locum purgavit omnem, muroque; cinxit: et uasa no-
 ma diuinis rebus curadis fabricata, in templum
 induit, ueluti prioribus profanatis: aramque; aliaque
 antiquis. adificauit, et religionibus dedit initium. Sacro
 . 6.14.15 ritu uix ciuitati reddito, moritur Antio-
 chus. Regni autem eius, et in Iudeos ody filium
 Antiochus heres existit: quare coactis peditu-
 milibus L. equitu autem prope v. milibus, LXXX.
 acero elepharis, mōrana Iudae per partes aggre-
 ditur: et Bethsuram quidem oppidum capit. in loco
 acero cui Bethzacharie nomine est, quā transire
 erat angustior, Iudas cum suis copiis occurrit. Et
 prīus quam cōgredītur agmina, Eleazarus frater
 eius, prospecto praeter alios excelsō elephate, em-
 riisque; maxima et munimentis aureis ornato, illic
 Antiochum esse ratum a suis procul excurrit: ru-
 peaque; hostili acie ad elephaneū usque; peruenit:
 sed illū quidem quā regē esse opinabatur, cōdi-
 gere,

gere, q̄ mulcū superemineret, nūcōmē potuit: be-
lum uero in alio percussam super se deiecit, et
obrictus inerijē: nulla alia re gesta, nisi q̄ ma-
gnum opus aggressus, uicā gloria posſhabuit.
Qui tamē regebat elephaneū primatus erat: Et
ſi caſu in eo fuifſet Antiochus, nūbit plus Ele-
zaro praſtitifſet audacia, q̄ ne ſola ſpe preclarū
ſacinoris morteū uidetur opeaffe. Hoc autē fra-
tri eius totius pralij praſagiū fuit: nam fortiter
quidē Indai diuq; decertarū: ſed à regis ſecū-
da forenna uifis, numeroq; praſtāribus ſuperati
funt: multieq; imperfecti Indas cum caeris in
Gophnīticā toparchiā refuſit. Antiochus aū
ad Hierosolymā profectus, ibi q; dies paucos cō-
moratus, penuria uenſiliū abſtini: relieto qui-
dem ibi praſidio, quātū ſatis eſſe arbitrabatur:
caera uero multitudine ad hyemantū dedu-
cta in Syriā, diſceſſu autē regis Indas nō quie- Antiq. L
ſebar: ſed acceſſione muleorū ſua gēti anima- 12. cap. I
tus, aggregatis euiam quos ex pralio receperat,
apud uicum Edasa cum Antiochi ducibus
cōgreditur: factisq; fortibus in pralio cognitus,
muleis hoſtibus imperfectis occubuit: Et in die-
bus paucis frater eius Ioannes occiditur, inſi-
dijs corū capta, que cum Antiocho ſcenibat.

De ſucceſſionib; principum à Ionatha uisque
ad Aristobulum. C A P. I L

CVip quec ſucceſſifſet ei frater Ionathas, Antiq. L
q; in alijs qua ad indigenas peruerteret, i3. cap. 2
canis.

canius se ageret, suamq; potentiam Romanorum amicitia corroboraret, Antiochi quidem filio reconciliatur: non tamē horū ei quicquā profuit ad depellendū periculū. Nāq; Tryphon tyran-nus, Antiochi quidē filij tutor, sed insidijs eum captans, & prater hoc amicis nudare cupiens, Jonathan cū ad Antiochū paucis comitatus Ptolemaida uenisset, dolo cōprehendit: eoq; uim elo cōtra Iudeā mouit exercitū: unde repulsus iq. li. à Simone Ionathā fratre, quodq; ab eo supera-tus esset, itatus cūdō Ionathā interfecit. Simon autē fortiter regēdīs rebus inēctus, Zara quidē & Ioppen, & Iannia capit. Euerit autē & Accaron subactis prasidij: aduersusq; Tryphonē Antiocho auxiliū praebevit, qui Doram ante expēditionē quā in Medos fecit obside-bat. Sed regis audiatatē satiare nō potuit, quā-nis neci Tryphonis suā quoq; operā adhibui-set. Non multo enim pōst Antiochus Cēdebeū ex ducibus suis ad uastandā Iudeā opprimen-dumq; seruitio Simonē cūm exercitu misit. Ille autē, quānquā senior erat, bellū tamen iuuenili-erit ad ministrabat: & filios quidē suos cū uali-dissimis p̄admissis, patre uero multitudinis co-mitatus alio latere aggrediebat: multisq; per multa loca insidijs etiā in montana dispositis, in omnibus superat: clarissimaq; potitus victoria, pontifex declaravit: & ducenos septuaginta post annos Iudeos liberat à dominacione Ma-
cedon

cedonum: sed et ipse perire in coniunctio, capere
 insidias Ptolemai generi sui: qui eius coniuge Antiq.
 dñobusq; filij in custodiā cōclusis, certos misit, 13. cap.
 ut Ioannē tertīū, cui etiā Hyrcanus nōmē fuit,
 interficerent. Cognito autē imperio qui paraba-
 tur, adolescens ad ciuitatem properabat, multo
 populo frētu, et propter memoriā paternę vir-
 tutis, et iniquitas Ptolemai cunctis esse in-
 sis. Voluit autē Ptolemeus etiā alia porta in-
 gredi ciuitati, sed à populo reiectus est, qui ma-
 trix Hyrcanū suscepereat: et is quidē statim
 recessit in quoddā ultra Hierichonta castellū,
 quod Dagon vocatur. Hyrcanus autē paternū
 honorē pontificis auctoratus postquam Deo sacri-
 ficia reddidit, uelociter Ptolemeū petit, et matrē
 simul et fratribus adiumento fuerus: castel-
 lumq; aggressus, alijs quidē rebus superior erat,
 iusto autē dolori cedebat, Ptolemeus enim quo-
 ries premeretur, matrē eius fratresq; in murum
 productos, palam ut possente conspici, uerbera-
 bar: eosdemq; præcipitandos, nisi quā primū re-
 cederet, manabatur. Unde Hyrcanū quidē plus
 timor ac misericordia, quam iracundia com-
 moniebat. Mater uero eius nihil plagiis aut in-
 tentata nece perterrita, manus protendens, filiū
 præcabatur, ne uel suis fractus iniurias, parceret
 impiō: si quidē ipsa sibi mortē à Ptolemao pro-
 posuitam immortalitatem duceret meliorē, dummo-
 do ille penas eorū, qua in domū suā contra fas
 admisi

admisisset, & spenderes. Ioannes autem nunc abficatione mariis cogitans, ac preces eius audiens, ad irremendū impellebatur: modo uerberari eam lacerariq; conspiciens, effeminabatur: torusq; plenus doloris erat. Ob hac autem diu traxla obſidione feriatus annus aduenit: quem septimo quoq; circuī rediuntem, apud Iudeos, cefare moris est, exemplo septimorum dierum. Et in hoc Ptolemaeus obſidionis requiem noctis, fratribus Ioannis una cum maire occisis, ad Zemonem confugit, qui Cotylas cognominatus est.

ntiq. li. cap. 15. *Philadelphie tyrannum. Antiochus autem ob ea qua per Simonē passus fuerat, iratus in Iudeam ducit exercitum: ibiq; assidens Hierosolymis, Hyrcanum obſidebat. Ille autem patefacto sepulcro David, qui regum ditissimus fuerat, ablatisq; inde pecunia plus quam tribus millibus talentorū, & Antiocho persuasit, datis ei trecentis talentis ab obſidione discedere, primusq; Iudaorum primatus opibus aere peregrina cœpit auxilia. Rursumq; tamen quādo Antiochus cōtra Medos bello suscepit tempus ei vindicta præbuit, cōfestim aduersus ciuitates Syria perevit, uacuas propugnatoribꝫ esse ratus: quod*

ntiq. li. & uerum fuit. Medabam quidē & Simeam, c. 16. 17 cum proximis, necnon & Sichimam, & Garizim ipse cepit, & super his Chusaeorum gentem, adiacentia fano loca incolentium, ad exemplum eius quod est Hierosolymis, adificato. Cepit

pit autem ex Idumaeo non paucas alias ciuitates et praeceps Doreon, et Marisan. In Samariam uero usque progressus, ubi nunc est Sebastopolis ab Herode rege condita, ex omni eam parte concludit: filiosque suos Aristobulum et Antigonum obsidione prefecit. Quibus nihil remittere iubet ad hoc famis penuria qui crassuerauere ciuitatem uenerunt, ne etiam insuetam carnem cogerentur attingere. Igitur Antiochum adiutorum sibi aduocans, spondium cognominatum, qui cum prompta ei voluntate paruisse, ab Aristobulo et Antigono superauit: ex ille quidem ad Scythopolim usque persequenteibus cum memoratis fratribus effugit: hi uero in Samariam reuersi, et multitudinem iterum intra murum coeludunt, et expugnata ciuitate ipsam diruunt: et habitatores eius captos abducunt. Prosperè autem pestis ita cedentibus, alacritatem refrigescere non sinebant: sed cum exercitu Scythopolim usque progressi, et ipsam peruerserunt, et agros intra Carmelum omnes, inter se partiiti sunt.

De Aristobulo, Antigono, Iuda Effezo, Alexandro, Theodoro, & Demetrio. C A P . I I I .

SEUNDARUM autem rerum Ioannis et filiorum eius inuidia seditione getilium concitauit, multique aduersus eos collecti non quiescebant, donec aperio bello deuicti sunt. Reliquum uero tempus Ioannes cum fortunatissime uiueret, et optimè rebus per annos XX. et tres administrabili stratis

stratis, & quinq; filijs relictis morier: vir plai-
 nè beatissimus, & qui nullam dedisse occasio-
 nem, cur eius causa de fore una quispiam quore-
 tur. Deniq; tria uel maxime præcipua solua
 habebat: nam & genit princeps, & pontifex
 erat, & præterea propheta: cum quo Deus ita
 colloquebatur, ut fuerorū nihil penitus igno-
 raret. Quineiā de duobus majoribus filijs suis,
 q; rerū domini permansuri non essent, prauidie
 atq; prædixit: quorum uita quis fuerit exitus,
 narrare non indignū videatur, quantumq; à pa-
 terna felicitate diuerterint. Paire namq; mor-
 tuo maior Aristobulus translato in regnū pris-
 cipatu, diadema sibi primus imposuit: quadri-
 genitis & octoginta anno annis ac tribus mensi-
 bus, postquam populus in eam terrā denun-
 nicio quod apud Babylonios suslinnit, libera-
 iq; li. ius. Fratrē uero à se secundū Antigonū (nāq;
 ap. 18 illum diligere videbatur) in honore pari produ-
 cebat: alios autē nimcllos custodie tradidit. Ma-
 tremq; iidē colligavit, ausam aliquid de poti-
 flate cōcēdere: nāq; hanc rerū domenā Ioannes
 reliquerat. Eoq; crudelitatis proceſſit, ne uin-
 clam fame necaret. Horū autē facinorū paenas
 Antigoni fratri morte persoluit, quē plurimū
 amabat, quemq; regni participē habebat: nam
 & hunc interemuit, adductus criminationibus
 per maleulos regni cōpositis. Itaq; primo qui-
 dem Aristobulus dictis fidem nō habebat, quā
 & frat

Et fratre magnipēderet, Et pleraq; lūmore fia-
 gi arbitraretur. Sed cū Antigonus ex militia
 clarus redijsset, festis diebus, quos tabernaculis
 possetis Deo celebrare mos pauperis exigebat, eue-
 nit codē tēpore ue aducrfa maledictio. Aristobulus
 lum corriperet. Antigonus uero circa festorū
 solenniorum finē armatis comitatus templū ad
 orandū quā maximē petiuit, plusq; in honorem
 fratris ascēdit ornatus. Tūq; delatores nequissi-
 simō regē adeūtes, Et armorū pompa, Et An-
 tigoni arrogantiā priuata forenta maiore esse
 criminabātur : quodq; maxima catena stipa-
 tuis, ut illū interficeret eō uenisset: nec enim per-
 peii honorē solū ex regno habere, cui regnum
 ipsum liceat obteinere. His paulatim, quāvis in-
 nitus, tamē credidit Aristobulus: ac ne uel si
 spicari quicquā uidetur, prospiciēs, Et ne in-
 certa praeaueret, suos quidē suellites in quēdā
 subterrāniū Et tenebrosum locū irāsire iubet.
 Ipse autē iacebat in castello, Bari anīe, pōst autē
 Ansonia cognominato: Et ut incerti quidē
 parceret, occideret autē Antigonus, præcepit sū
 cū armis qđiret: neccnon Et ip̄s Antigono quā
 præciperenz misit, ut ineruis uenires. Ad hęc
 regina satis callidū cū insidiatoribus cōsiliū ca-
 pi: namq; his quā ad eum missi fuerāt persua-
 det, ut mandata quidē regis rāceat, dicant uero
 Antigono, qđ frater audijsset, arma sibi cū pul-
 cherrima in Galilea ornauq; bellicū fabricas-

se: que ne singulatim inspicceret, morbo impeditum fuisse: nūc autē, præsertim cūm aliō discessus sit libēter cū uidere armatum. His auditis, Antigonus (ne quid enim male suspicaretur, fratri suadebat affectus) cū armis uelut ostentatū se ueniēs, properabat. Sed ubi ad obscurū transītū, qui Stratonis pyrgus uocabatur, accessit, a satellitibus interemptus est: certumq; documentū prabuit, omnem benevolentia, iuq; natura calumnīs cedere, nullamq; optimarum affectionū tanū ualere, ut inuidia perpetuò posset obſistere. In hoc autē etiā Indā quis nō recte miretur? Eſſaus erat genere, qui nunquā diuīnando aberrauit, neq; mēritus est. Is Antigono tranſerente per tēplum, mox ut cum uidiū ad notos qui aderant exclamauit (non paucos amē discipulos ſine cōſuleores habebat) Papē, nunc mihi pulchrū eſt mori, quādo ante me ueritas interiū, mearumq; prædictionum aliquod mēdaciū deprehēſum eſt. Vixit enim iste Antigonus, qui hodie deberet occidi. Locus autem uocati eius apud Stratonis pyrgū fato fuerat defiatus: & ille quidē sexcentorū abhinc ſtadiorū interualllo diſtar. Hora uero diei ſunt quatuor: ſed ex uaticinacione tēpui effugit. Hac locuenuſ senior, mēſto uuln ex mēre ſollicita ſecū multa repuebat: & paulo pōſt imperfectus Antigonus nunciatur, in loco ſubterraneo, qui eodē nomine quo maritima Cæſarea, Stratonis pyr-

gus

gus appellabatur: Et hoc fuit quod uatiē fefel-
 lie. At uero Aristobulo confessim scelerū pa-
 niudine morbus ingranescit: semperq; facino-
 ris cogitatione solitus, perturbato animo ta-
 bescebat, donec macoris acerbitate uisceribus
 laceratis subito sanguinē uomeret. Hunc ergo
 unus ē seruus ciui ministerio destinatus foras
 efferens, prouidentia numinis errauit: Et ubi
 Antigonus erat occisus, super extantes ad huc
 cadii maculas cruentē intersectoris effudit. Plu-
 lauū autē eorū qui id cōspexerē cōtinuo subla-
 so, tanquā puer de industria sanguinē illic li-
 basset, clamor ad aures regis peruenit, causamq;
 requirebas: Et cū eam prodere nullus auderet,
 ad resciēdum magis ardebat: ad exiremū uero
 minitāti, uimq; adhibenit, uerū quod erat in-
 dicauerunt: atq; ille cū lacrymis opplesset ocu-
 los, quantumq; poterat ingenuisse, hec dixit:
 Sperandū certè nō erat, ut maximū Dei lumen
 facta mea nefaria lateret: nam citò me ultrix co-
 gnata cadii iustitia persequitur. Quām diu ô
 corpus improbū fratri macriq; damnata anima
 desinebis q; din paulum illis libabo sanguinē
 meū simul eosū accipiāt: neq; iam meorū uisce-
 rum inferias foruna derideat. His dictis ilico Aniiq. li.
 morū, cū nō plus anno regnasset. Exor uero fra 13. cap. 19
 trē eius uinculis dissoluīs regē cōstituit Alexā-
 drū, q; etate maior erat, et modestia prestare ui-
 debatur. Sed ille potestatē adepus, fratre quidē

alterū regnū appetente occidit : alterū autē pri-
mata uita cōtentum ablatis rebus secū habebat.
Praeliū etiam cū Ptolemao cognomēto Lathyro
cōmitit: qui oppidū Asochin ceperat, & mul-
tos quidē peremit hostiū, sed uictoria in Ptole-
mai partes prop̄p̄ior fuit. Postea uero quād ipse
pulsus à matre Cleopatra discessit in Aegyptū,
& Gadara obſidione capit Alexāder, & ca-
ſellum Amathuntis, omniū maximū qua trans
Jordanē ſita erant, ubi preciosissima queq; bo-
morum Theodori filij Zenonis habebantur. Ae
Theodorus rep̄ēc superueniens, & proprias res
recipit, & ſarcinas regis auſert, Iudaorumq; fe-
rē decē millia interficit. Verū Alexander re-
cep̄tis post cladem uiribus, aggressus maritimis
regiones Raphiā capit, & Gazam, itcmq; An-
chedonem, que poſtea ab rege Herode Agrip-
pias nominata eſt. His autē ſeruitio dōmitis, con-
citur in eum firſto die populus Iudeorū. Nam
plerunq; epule ſeditiones accendunt: nec uide-
batur inſidias poſſe cōprimere, niſi conductiſſos
haberet auxilio Pisidas & Cilicas: nam Syros
mercenarios respuebat, propter ingenicā cū Iu-
deorū gente diſcordiam. Casis autem ſupra octo
millibus ex turba rebelliū, Arabie bellū intu-
lit. Ibiq; Galaditis ac Moabitis ſubactis, tri-
butoq; his imposito, ad Amathunta regressus
eſt. Cumq; Theodorū metus eius ſecūdū ſucces-
ſibus perculiſſet, caſtellū ſine preſidio reperatum
ſuindiuſ eruit: mox autē congreſſus cum Oboda

rege Arabū, qui locū frandi opportuniū in Gā-
laadēs regione occupauerat, caput insidijs co-
enam amissit exercitu in nallē alifīmā cōpulsum.
atq; obtritum multisudine camelorū. Ipse uero
elapsus in Hierosolymā, olim sibi gentem insen-
sam ad nouarū rerū motus magnitudine clavis
accendit. Fit autē etiam tunc superior, crebrisq;
pralijs nō manus quinquaginta mīllibus Iudeo-
rum per sex annos interfecit: nequaquam tñ ni-
ctoris latabat, quoniam regni sui uires cōsumeret.
Unde armis omīssis, sermone placido cū subie-
ctis redire in gratiā conabatur. Illi autē incom-
stanciā eius morumq; uarietate intantū oderāt,
ut percōlanti, quoniam pacto eos sedare posset di-
cerēs, si morere tur: nā uix etiā moreuo datus
meniam, qui tam multa sceleratē fecisset: simul
etiā Demetriū auxiliū, cui cognomē Acero, ac-
cessuerūt: qui cū his maiorū premiorū spe fa-
cile parnisset, uenissetq; cum exercitu, miscerunt
auxilijs eius Iudei circa Sichimam. Virosq; ta- Antiq. li
men Alexander mille quidē equitibus, sex au- 13. cap. 2
rem pediū mercenariorū mīllibus excepit, cū
haberet ex Iudeis quoq; prope ad decem millia
bene sibi cupientiam, aduersa autē partis esse
equitū tria millia, pediūm q; millia quadragin-
ta. Et prius quam ueniretur ad manus, interce-
denteibus nūtīs & praconibus, reges transfigia-
tenebāt: Demetrius quidē Alexandri merce-
narios, Alexander autē Iudeos qui Demetrium

sequerentur, obtemperantes sibi sperantes. Sed cum neq; Iudei sacramēta, ncq; fidē Grati contemneret, armis iam cominus decernebant. Superatq; pralio Demetrius, quamvis Alexādri mercenarij multa & animose & fortier gessisse. Eueneus autem pugna prater spem cedisse uiriq; nam neq; hi qui Demetrium accinerant, in partibus uictoris permanserūt: & immutata forenta misericordia, sex Iudeorum milia se ad Alexandrum, qui in montes effugerat, conuulerūt. Huius inclinationis momentū Demetrius ferre nō potuit: sed Alexandrum iam quidem collectis viribus pralio sufficere ratus, omnē uero genitē ad eum transire existimans, mox inde digressus est: non tamen reliqua multitudo ob abscessum auxiliorum similitates deposuit: bello autem assiduo iam diu cum Alexandro decerabat, donec plerisq; interfectis catervis in Beimeselim ciuitate compulit, eaq; subacta in Hierosolymam captiuos abduxit. Verū immoderata fecit iracundia, ut crudelitas eius ad impietatem usq; procederet. Octingentis enim captiuorum in media ciuitate crucifixis, mulieres earumq; filios in conspectu matrū necauit, atq; hac potans, & cum suis concubinis recubans, prospectabat. Tantus autem populum terror innasit, ut eisiam diuersa parti studioſi proxima nocte octo millia hominū extra totam Iudeam profugerent: quarū exiliū mors Alexandri finis fuit.

fuit. Cum ciusmodi factus tandem agredit regni
otium quiescet, ab armis requieuit.

De bello Alexandri cum Antiocho & Areta, deq;
Alexandra & Hyrcano. CAP. IIII.

Rursus autem fit ei turbarū initium An-
tiochus, qui etiā Dionysus dictus est, Den-
metri quidē frater, sed eorū nouissimus qui Ste-
leucum generis autorē habebant. Hunc enim si-
mens qui Arabas parato bello pulsaras, rosū
quidem super Antipatrida montibus proxī-
mum, & inter Ioppes littora spatiū, fossa ab-
eissima direxit. Nec fossam uero murum adi-
ficavit excelsum, turresq; ligneas, ut faciles adi-
xeret, fabricauit: nec tamen Antio-
chum arcere ualuit. Exultis enim turribus fos-
susq; repletis, cū suis copys transgressus est. Vin-
dicatq; posthabita, qua deberet eum à quo pro-
hibitus est ulcisci, protinus eōcendit in Arabas.
Horum autē rex in loca sue nationi cōmodiora
cedens, mox ad pugnam cum equitatu reveritus
(habebat autē numerum decem milia) inno-
paratos ex improviso Antiochi milites inua-
dit. Valido autem prælio cōmisso, quam diu qui-
dem supererat Antiochus, durabat cīna exten-
sus, quamvis eum passim Arabes cruciderēt.
Ubi uero procubuit (succurendo enim nūcte
semper in periculis aderat) omnes erga deder-
vunt; maximaq; pars eorum cīam in aere, suum in
fuga absūtiār. Reliquos autem ipsi uicinū Cane-

delapsos, dimensorū penuria perire cōtigit, prae-
 ter admodū paucos. Hinc Damasceni Ptolemao
 Minnei filio insensi Arciam sibi sociant: Sy-
 viaq; cœles regē constitunt: qui bello illato Ju-
 daea, postquam pugna uicit Alexandrum, pa-
 etione discessit. Alexander autem Pella capta
 Gerasam petuit rursus opū Theodori cupidus:
 tripliciq; ambitu circumdatis defensoribus, lo-
 tum expugnauit. Necnon & Gaulanen & Se-
 leuciam, & eam qua Antiochi Pharanx dici-
 tur, sub ingum mittit. Ad hæc autē capto Ga-
 mala castello ualidissimo, eiuq; praefecto De-
 metrio mulieris criminibus inuolueo, in Iudaam
 regreditur, expletio in militia triennio: letusq; à
 genitibus ob res prosperè gestas excipitur. Belli
 autem requiem securū est morbi principium. Et
 quoniam querano febriū recursu fatigabatur,
 depulsum iri ualeudinē credens, si rursus ani-
 mum negotijs occupasset, int̄pestina militie se se-
 dedit: & ultra uires corpus laboribus uexans,
 inter ipsos tumultus trigesimo & septimo regni
 anno moritur: idq; Alexādre coningi sue reli-
 ntiq. li. quis, Iudeos eius uel maximè dicto obedientes
 : cap. 22 fore nō dubitans: quod longe ab ejus crudelitate
 disforepās, & iniquitatē resistens, benevolensiam
 sibi populi comparsset. Neq; spes eam fecellit:
 namq; opinione pietatis obtinuit muliercula
 principaliū: quippe quæ morem genitū patrium
 probè norat, & qui sacras leges eemerassent, ab
 initio

initio detestabatur. Cum autē duos filios Alex-
 andro genitos haberet, nam quidē maximum
 Hyrcanū, & properatē declarat pontificem.
 & q̄ præterea seignior esset quam ut potestare
 regia molestus cīquā uideretur, regē constituit
 minorēm autem Aristobulum, primū nāmero
 maluit, quōd fernētioris esset ingenij. Inquit au-
 tem se etiudē mulieris dominationi quadā In-
 daorū factio, Pharisei: qui prater alios piciantur
 colere patrēntur, & perius leges interpretari
 ab eamq; causam magis eos suspiciebat Ale-
 xādra, dīnīa religioni superstitiose deserviō.
 Illi autem paulatim scmine simplici insinuatū
 quos suis pro sua libidine summōndo, deponen-
 do, itemq; uinciendo, ac solvendo, iam procura-
 tores habebantur: prorsus ut ipsi quidom regis
 commodis fruerētur, expēsas uero ac difficulta-
 tes Alexādra perferret. Sed eadē mīrē callebas
 res administrare maiores: rīatq; augendas copijs
 semper incēta, duplice constarit exercitū: neq;
 pauca mercenaria parant auxilia, quibus non
 modū fīciū ſue penit roborantur, sed etiam me-
 tuendam ſe reddidit extensa poētia. Imperabat
 autē alijs, meriam Phariseis ipſa uero parebant.
 Deniq; Diogenē quendam insignem virū, qui
 Alexādro fuerat amicissimus, interficiunt, cuius
 factū consilio criminari, ut oſtingenti (quos su-
 prā memorauis) regis iuſſu collerētur in crucem:
 uiblominus autem Alexādra ſuadebanq;
 ni. O.

ut & alios, quibus autoribus Alexáder in eos
fuisset cōcitatus, occideret. Cumq; his nimia su-
perstitione nihil abnuendum putaret, quos sibi
libuisset ea specie trucidabant, donec optimus
quisq; periclitantiū ad Aristobulū confugeret;
atq; ille matris persuasit, ut his propter dignita-
tem parceret, ciuitate autē pelleret quos nocētes
existimaret. Igitur illi quidē data sibi copia per
regionē dispersi sunt. Alexandra uero in Da-
mascū misso exercitu, quoniā Ptolemaeus sine in-
termiſſione ciuitatē premebat, illam quidē nulla
re memorabili gesta cepit. Regem autē Arme-
niorū Tigranem, qui ad morte Ptolemaidi mulite,
Cleopatra circumſedebat, pactionibus donisq;
ſolicitat. Sed illum domesticarū turbarū metus,
ingresso in Armeniam Lucullo, iamdudū inde
retraxerat. Inter hac Alexandra morbo labo-
rante, minor eius filius Aristobulus, cū famulis
suis quos muleos habebat, omnesq; pro etatis fa-
mōre fidissimos, uniuersa castella obtinuit, et pe-
cunia quā ibi reperit conductis auxilijs regē se
declarauit. Ob hanc miseraia querelas Hyrcanū
mater, coniugem Aristobuli cum filijs in ludis
apud castellū quod à ſepētione fano adiacens,
Baris antea vocabatur ut diximus, poſtea uero.
Antonia cognominata est, imperante An-
tonio, quemadmodum de Augusti & Agrippa
nomine Sebaste & Agrippias alia ciuitates
appellata ſunt. Auec enī Alexandra moritur,
quām

quam in Aristobulū fratri eius Hycani con-
uenelias vindicaret: quē deīci regno curarerae,
quod ipsa nouē annos admenistravit. Et heres
quidē omnium fū Hyrcanus, cui regnū etiā nūna
comiserat. Verū Aristobulus uirib⁹ aq; au-
toritatem prestatbat. Habito autē inēc eos circa
Hierichūsa de rerū summa cōflictū, plcriq; Hyr-
cano relicta transiū ad Aristobulū. Hyrcanus
autē cū reliquis fuga permenit in castellū Antiq.
niam, ibi q; salutis obſides nactus (erat enim ibi
in custodia, ne premisimus, coniunct⁹ Aristobuli
cum filijs) prius q̄ gratus aliquid accideret, ea
lege in cōcordiam rediēt, ne regnū quidē Antiq.
Aristobulus haberet, ipſe uero cederet, quasi frater
regis alijs honorib⁹ cōtenebat. Hoc modo in fano
recōciliati, cūm in cōſpectu circumflanteis populis
benignissimè alter alterū cōplexus esset, domus
permisā. Et Aristobulus quidē discedit in re-
giam, Hyrcanus autem in Aristobulī domum.

De bello Hyrcani cum Arabibus & expugnatione
Hiēroſolymæ. C A P. V.

Metus uero & alios eius inimicos preter Antiq.
spem dominantis occupat, & maximè 14.ca.2.
Antipatū iamdudum Aristobulo inuisum.
Erat autem genere Idumaeus, & nobilitate ac
opibus genit⁹ sua princeps. Is igitur & Hyrcanum
ut ad Arcam regē Arabia confugeret,
eiusq; auxilio regnum repeperet horebatur. &
ipſi Arcie ut Hyrcanum ſuſcipere aq; in re-
gnūm

90 DE BELLO IUDAEICO
gnum duderet, suadebat, mulcere obsecrare
Aristobuli moribus, mulcensq; Hyrcanū laudans
bus predicās: simulq; admonebat qd eum accep-
teret regno clarissimo praesidenziē, iniuriantem op-
- presis manū porrigit: Hyrcanū autē iniuriam
pati, qui principalem iure successoris sibi dedicā
excedisset. Sic instructis et preparatis ambobus,
nocte cū Hyrcano ex civitate profugit: citatoq;
eius in oppidū quod Petra dicitur saluus eva-
sī: ea est Arabia regia. Ibi postquam Hyrcanū
in manū regis Aretā tradidit, mulcens di-
ctis multisq; munieribus ne auxilium præberet,
quo in regnū duderetur, effecit. Erant autem
peditū equitumq; nullia l. quibus nequaquam
restitit Aristobulus: sed primo imperio supera-
tus, in Hierosolyma fugere cogitur: atq; omnino
captus esset, nisi dux Romanorū Scaurus aduer-
sis horū ieporibus imminēs soluisset obsidionem:
namq; is ex Armenia quidē in Syriam missus
erat a Pompeio Magno, qui cū Tigrane bellum
gerebat. Sed ubi Damascū uenire recens à Me-
tello Cr. Lollo capiā reperit: his inde submoijs,
cognitoq; in Iudea quid ageretur, illuc ipsius ad
quaslibet eucurrit. Deniq; mox ut fibes ingressus
est, Iudeorū legati ad eum ueniunt a fratribus,
verisq; ut sibi possum adiumento essent oransibus.
Sed trecentis talentis que Aristobulus ei misera-
rat, iustitia possibilia est. Tot enim accepis
Scaurus ad Hyrcanū Cr. Arabes legatos misit,

Roma

Romanorū eis & Pompejū nomine intentans, nō
ab obſidione defiſſerent. Itaq; & Aretā ex In-
dea in Philadelphia recedit metu perculſus, &
Scānus Damascū redit. Aristobulus autē q̄
captus non eſſet, fatis ſibi eſſe non credidit: ſed
omnibus quas haberet copijs collectis, perſequen-
basur hostes: & circa locū quem Papyrona no-
cane prelio cōmifſo, ſupra ſex eorū millia cadię
in quibus erat & Cephalon frater Antipatri.
Hyrcanus uero & Antipater Arabū priuati
auxilio, ſpem in aduersarios tranſtulerū: et cum
Pompeius Syriā ingressus Damascū perueniſ-
ſet, ad iſum cōſugiune: muliisq; muneribus eſ-
datis, eadē illa quibus ad Aretā uifiuerat al-
legantes, magnopere precabātur ne Aristobulus
uolentia damnata, regno Hyrcanū reſtitueret,
cui tam atate quam moribus debereetur. Sed nac Antiq.
Aristobulus ſibi defuit, corruptione Scāniſ fre 16.ca.6
tus. Venerat autē quācum potuit ornatiss culen
regio: deinde offenſus obsequijs, neq; ferendum
existimās abiectius q̄ regē diceret uilitati fer-
nire, à Diopholi regrediebatur. Ob hoc iraue
Pompeius, etiā Hyrcano eiusq; ſocijs hoc preoam-
ſib⁹, Aristobulu petit, et Romano ſimul exere-
citu et Syrorū iuſtructus auxilijs, Cūm uero Pel-
lam et Scythopolim praerergusſus Coreas ueniſ-
ſet, unde Iudeorū fines incepimus per mediterrā-
nea loca ſubeuſtibus, cognito Aristobulum in
Alexandriam conſugiffē (castellū eſt magnificē
ſtruct⁹)

fructum, in monte praecepsum) mittis per
 quos cum iuberet inde descendere. Ille autem de-
 creuerat, quia pro imperio vocaretur, periclitare
 posius quam parere. Sed populus videbat horre-
 scere: ex amici monitione ut Romana nimis cogi-
 saret, quam sustinere non posset. Itaque; horum consilij
 obediens, descendit ad Pompeium: quodque; iuste
 regnaret, multis pro se dictis in castellum rediit:
 ex cum iterum descendisset prouocatus a fratre, ac
 de suo iure cum eo disceptra fasset, denuo regreditur
 non prohibente Pompeio. Erat autem inter spem
 timoremque; medium: ex ueniebat quidem uelut
 exoratus Pompeium ut sibi cuncta permette-
 ret, ad montem uero reverebatur, ne quid regia
 dignitati derogare uideretur. Quia tamen castellis
 cum Pompeio cedere placebat, hisque; prepositos
 monere literis ut decederent, quibus praeceperat
 ut non nisi manu sua scriptis epistolis obiecte pera-
 rent: iussa quidem facit, sed in Hierosolymam cum
 indignatione discessit, belloque; iam cogredi cum
 Pompeio cogitabat. Ille autem (nec enim cepus ap-
 paratus dandum putauit) statim cum insequitur: mul-
 tum quippe alacritati eius addiderat, circa Hie-
 richuntem Mithridatis mors nuntiata: ubi pin-
 guissima Iudea regio ex palmarum plurimum ac
 balsamum nurrit: cutus inciso lapidisibus acutis ro-
 bore stillante lacrymam ex uulneribus colligunt.
 Cumque; illuc pernoctasset, mane in Hierosolymam
 properabat. Itaque; hoc eius impetu perterritus

Arist

Aristobulus, supplex occurrit, pecuniaq; pollicitus, quodq; semel ipsum ei cū ciuitate permitteret, Pompeiu missas facientē. Nec tamē quicquā eorū qua promisū effectū est. Gabiniū enim qui ad suscipienda pecuniā missus fuerat, ne in oppidū quidem Aristobuli sociū receperunt. His cōmotus Pompeius, Aristobulum in 24.ca.7.8 custodiā collocat: ad ciuitatē uero profectus, explorabat qua ex parte facilior esset accessus: nam & murorū eius firmitatē oppugnari posse facile non videbat: nalemq; pro mortibus horribile, sanumq; illic cernebat proximum, adeo tuiissima munitione circundarū, ut etiā si ciuitas capere cur, secundū esset hostibus in eo refugiū. Hoc autē diu quid saceret hastāte, sed iūtū mira ciuitatē orta est: Aristobuli quidē sociū bellū geri potius regcōq; liberari dignū esse censibū: qui uero cū Hyrcano sentiret, Pōpeio portas aperiri. Metus autē hos plures faciebat, Romanorū constantiam reputantes. Deniq; uita pars Aristobuli cōcessit in cēplū: & pōste qui ab eo ciuitati iungebatur abscisso, ut ad ultimum usq; resistaret, instrubatur. Cū m autem alij Romanos recipiſſent in ciuitatem, bieq; domum regiam tradidissent, ad hac obtemenda Pompeius unū ducibus suis Pisonē cum militibus inter omniū: iūq; presidys in ciuitate dispositis, quia nemini eorū quis in templū consergant pacē persuadere poserat, omnia qua cir-

cū erant oppugnationi parabat. Hyrcano ciuitatē
amicis ad cōsilia conferenda, & ad efficiendā
que iuberet alacriter animatis. Ipse uero ad
partes septentrionales fossamq; ualleq; replebat
omni genere materiæ per milites cōportato, cū
per se opus esset diffīcillimū, propter immensam
alteitudinē, & præterea Iudei modis omnibus
desuper obſiſtarent: mansiſſetq; labor imperſe-
ſus, niſi Pompeius obſeruatis diebus septimis,
quibus Iudeos religio ab omni opere manus
abſtinere cōpellat, per eos aggerē cumulare pre-
cepisset, inhibitis à pralio militibus. Pro solo
enīm corpore Iudeis etiā per sabbata pugnare
licet. Ignitū iam ualle repleta, & impositus ag-
geri turribus, admotuq; machinis Tyro allatus,
mœnia tentabat. Desuper obſtantes lapidibus
repellebātur, cū diu turres obſidentiū magnitu-
dine ſimilē & pulchritudine præſtātes, uim re-
pugnantiū ſuſtinerent. Peruntamē Romanis tūc
plurimū defatigatis, Pompeius Iudeorū toleran-
tiā & in alijs admiratus eſt: & precipue, quod
nihil ceremoniārum inter media tela uerſantes
intermisserūt: ſed uelut in alia pace ciuitas age-
ret, quotidie sacrificia et uictimis, omnēq; Dei
eulū diligenterū celebrarunt, nec uel in ipſo
excidio cū ad crā in dies ſingulos trucidarentur.
legitimis religionis ſua muneribus abſtinnerūt.
Mense igitū obſidionis tertio uix una turre
Aciecla, in fanū irrupiū eſt. Primus autē murū
trans

transcendere ausus est Sylle filius Faustus Cor-
 nelius, & post cum centuriones duo Furius &
 Fabius cū suis cohortibus: & circūscpto un-
 diq; fano, alios alio cōsurgētes, uel etiā paulisper
 repugnāte:, interficiū. Vbi plurimi sacerdotū,
 quāquā hostes strictis gladijs irruētes uidebāt,
 intrepidi tamē in peragēdis rebus dīniis per-
 severabant: & in ipso libādi tēplumq; adoleēdi
 ministerio mactabātur, salati quoq; preferētes
 religionis obsequiū. Multos autē sui gētiles ad-
 uersa partiis studiosi erucidabāt, plurimi se se in
 rupes præcipitabant: nōnulli furibundi cunctis
 qua circa murū erant in desperatione succensis,
 pariter cōflagrabāt. Itaq; Iudaorū quidē milia
 duodecim occubuerūt, Romanorū uero perpan-
 ci: sed plures sauciari sunt. Nihil autē grauius
 in illa clade Iudaorū genti uisum, quā sanctum
 illud arcanum, neq; cuiquā prius uisum alienum
 esse detectū. Deniq; Pōpeius unā cū suis comit-
 ibus in templū ingressus, ubi neminē preter pō-
 tificē adesse fas erat, qua intus erat candelabra
 cū lychnis & mensis in quibus libare aitq; ado-
 lere meritis, & uascula ex auro cūcta specta-
 tur: cōgestamq; pigmentorū molē, sacraq; pecu-
 niae ad duo millia talentorū. Nec iamē uel hac
 uel aliud quicquam de sacrosanctis opibus siue
 instrumenis attigit: sed postero die post exci-
 diū purgare templū aditūs insit, & solēnia sa-
 cra celebrare. Ipse antem Hyrcanē pontificem
 c. c. 2 dec

declarauit: qd sc̄ in alijs rebus alacrem obſidionis tēpore prabuſſet, promptamq; ad bellū agrestiū multitudinē ab Aristobulo renocafſet: per qua sicut imperatore bonū dēcuit, bene-
notitia potius quā timore plebē ſibi cōciliavit. Inter captiuos etiā cōprehensus. Aristobuli ſo-
cer, idēq; patruus tenebatur: q̄ illos quidē qui
maxime bellī cauſa fuiffent, ſecuri penuſit. Fan-
ſū uero q̄ qui una fortiter operā nauauerant
præclaris pramij donat, ei Hierofolymis tribu-
tū iudicat. Ablatas autē gēti etiā quas in Cœ-
leſyria cooperant ciuitates, Romano. qui tūc erat
præſidi parere iuſſit: proprijsq; taneū ſimib⁹ cir-
eūcluſit. Inſtaurauit autē in gratiā cuiuſdā ex
liberteis fuis. Demetrij Gadarēſis, etiā Gadarā,
quam Iudei ſubuererant. Mediterraneanas pre-
terea ciuitates ab eorū imperio liberauit, quas
prænenti non exciderat, Hippo, q̄ Scythopolis,
q̄ Pellā, et Samariā, q̄ Marifam: itemq;
Arotū, q̄ Iamniam, q̄ Arcthusam: necnō
q̄ mariimas, Gazam, q̄ Ioppen, q̄ Doram,
q̄ que pride ſtratonis Pyrgus uocabauit, pōſt
autē ab Herodē rege clarissimis adſificijs trans-
ſiformata, Caſarea nominata eſt: easq; omnes in-
digenis ciuib⁹ redditas prouinciae Syria con-
iunxit. Huinc autē q̄ Indāa; cunctorumq; ad-
ministratiōne ad Agyptiū usq; fines q̄ flumē
Euphratē cum duabus legionibus Scauro per-
missa, Romanū ipſe per Ciliciam propcranit, et

pium ducens Aristobulum cum familia.
Erant autem filie due, cotidemq; filii: quorum
unus Alexander ex iunctu fugit, minor autem
Antigonus cum sororibus Romanam noctis est.

De bello Alexandri cū Hyrcano & Aristobulo. C. V L.

IN iurea Scaurus in Arabiam ingressus, ad Antiq. li.
Petrā quidem regionum asperitate prohibe- 14 cap. 9
barur accedere: que autē circū erant, omnia na-
stabant, mulieris et in hoc malis afflictus: nā exer-
ciū fames premebat, cui rāmen Hyrcanus per
Anepiaenum uictui necessaria suppeditabat:
quē uelut Arcia familiarē etiā Scaurus ad eū
legavit, ut bellū pactione deponeret. Itaq; per-
suasum est Arabi, ut C C C. saluta daret: atq;
ita Scaurus ex Arabia transduxit exercitū.
Alexander autē Aristobuli filius qui Pōpeiu Aniiq. li.
fugeras, magna manu medio tempore cōgregata, 14 cap. 10
Hyrcano grauis imminebat, Iudeamq; depopu-
labatur quem quidē maturè debellare posse cre-
debat: quoniam disturbatur quoq; à Pōpeio murū
Hierosolymis renonariū esse confidebat: nisi Ga-
binius in Syria missus qui Scavro successerat,
quoniam in alijs forem se praebusisset, tuum etiā in
Alexandru monisset exercitū. Hisce autē ille
imperium ueritus, & ampliore militū manū
congregatus, donec facta sunt decem milia pe-
disum, & mille quingenti equites: locaq; op-
portuna mari, hoc est. Alexandriū & Hyr-
caniū, & Ascharunes non longe ab Arabia-

montibus, muniebat. Igitur Gabinius cū parte copiarū premisso M. Antonio, ipse cum toto exercitu sequebatur. Ecclii autem Antipatri comites, aliaq; Iudeorū multitudo, quorū Malichus & Pitholatus principes erant, iūclis cum M. Antonio viribus suis, Alexādro obniam processerunt: neq; ita malo pōst aderas cū suis copijs Gabinius. Alexander autē qd tū in unū cōfītā hostiū multitudinē sustinere nō poteras, abscessit. Cumq; Hierosolymis appropinquasset coactus prælio deceravit: amissuq; sex milibus, quorū tria viua capita sunt, tria nerò prostrata, cum reliquis effugit. Gabinius autē ubi Alexandriū castellū uenit, quia muleos deservisse castra cognovit, promissa delictorū uenia conabatur eos ante praliū sibi caninngere. Cū autem illi nihil mediocre cogitarēt, plerisq; interfectis, reliquos in castellum cōcludit. In hoc prælio dux M. Antonius multa præclarè ges- su: & quāvis semper & ubiq; vir foris appa-ruisset, tamen nunc etiā sūu nūc exemplū. Ga- binius autē relictis qui castellū expugnarēt, ipse ciuitates adire, & intactas quidē confirmare, subuersas autem erigere curabat: deniq; iussis eius et Scythopolis habitari cepit, et Samaria, & Anchdon, & Apollonia, & Iamnia, & Raphia, & Marisa, & Dora, & Gadara, & Azotus, alioq; multa, locis ciuibus aq; incolis ad eas concurrenibus. His autē rebus dispositis,

reg

regressus Alexandrium, uehementius argebat
obsidium. Quare territus Alexader, omnibus Antiq. li.
desperatis legatos ad cū misū, & ignosci deli- 14. cap. ii.
ctis orans, & que sibi pareret castella Macha-
rrea & Hyrcaniū tradere nō dubitās: quinetiā
Alexandriū eiusdem potestati permisū. Que
quidē Gabinius omnia cōfilio maris Alexā-
ndri funditus eruit, ne rursus belli alecris rece-
pīaculū fierent. Aderat autē, quo fuis Gabinius
Nam pro suo quisq; odio uel inimicijs calumnijs finxere, mulciq; regis iracudia cadiis cupida cōtra aduersarios abutebātur: & mendacio quidē cōfessim fides habebatur: erat autē crimi nationibus ipsis uelociora supplicia. Deniq; accusabatur qui modò accusauerat, & cū eo qui ante se cōuictus esset, ducebatur ad pœnam. De uita nāq; periculum regis quaſtiones breuiore cōpendio terminabat.

Ad hoc autē sauitia pro Antiq. lī. cōſſerat, ut nec eorū quenquā humanius aspicere, qui accusati nō essent: uerū etiā amicus immutissimū ſe ſe praberet. Itaq; mulius etiā regno interdixit, & in quos potestatē non habedat, in eos dictis asperis ſauiebat. Accessit malis Antipater collectaq; propinquorum caeruas, nullū criminacionis genus omisit. Tantus autē inepria ſua regē cōmentisq; delatorū timor invadit, ut ſtricto instare ſibi gladio uideretur uiderere Alexādrū. Deniq; ſubito & ipſum cor. repū in uincula cōiecit, & in amicorū eius tormenta perrexit: multū autē tacite moriebātur, nulla uoce ſupra cōſcientiā prodita. Alij uero quibus mendaciū impatiētia doloris extorſit, de pairis eū inſidij cū fratre Aribobulo cogitasſe dixerū: tēpusq; obſeruare, uia illo dum uenaretur occido, Romā profugerēt. His tamē ſi uerifimilia nō erant, ſed neceſſitate cruciasu ex ſēpore fingebātur, libēti tamen animo rex credebat, pro cōſolatione accipiēs minēti filij, ne id feciffe

eisse uideretur iniustè. Verum Alexäder quoniam suspicionē patris nullo modo aboleri posse arbitrabatur, ulterò malis assentiēdū putauit: ac digestis aduersus inimicos quatuor libris, satetur insidias, earumq; se plurimos socios habere prescribit: ante omnes autē Pherorā et Salomon. Hanc enim etiā stupro sibi quondam esse mixtā, cū uim noctu adhibuissest inuitio. Iamq; libri in manibus erat Herodis: multa et grāvia de optimatibus clamātes, cū matrē in Iudeam Archelaus uenire, metuens genero simul ac filie, quibus etiā prouidētissimo cōsilio succurrit, regisq; minas arte dissoluit. Mox enim Antiq. li. cum eo cōgressus, ubinam est, clamat, exitiabilis 16.ca.8.3 gener meus? aue ubi parricidale caput aspiciā, quod meis manibus ipse lacerabo: addamq; filiam meā bono marito nono? nā et si cōsiliū particeps nō est, quia tamē eiusmodi uiri coniunxit, inquinata est. Miror autē patientiā tuam, cuius periculū agit, qd adhuc uinit Alexäder: ego nāq; ita ex Cappadocia properas ueniebas, ut qui ex illū reperire olim dedisse suppliciū, ede filia quaſlionē tecū haberē, quā tui tuaq; dignitatis cōtemplatione illi despōderā. At nunc de utroq; nobis consulendū est: licet nimiū patetis, et ad paniendū insidiatorē filiū mēnuſ fortis. Permutemus dexterās, et alier alterius iracūdia uicarū succedamus. Talibus increpās, quāuis pertinacē fallit Herodē. Itaq; ille quos.

Alexāder perscrips̄erat libros, legēdos ei prebet, singulisq; capitulis insistēs, cū eo delibera-
bat. Unde occasiōne sui cōsilij nactus Archelaus, paulatim causam in eos qui scriptis cōti-
nebantur, & in Pherorā cōculit. Cūm autē sibi
credere regē uidere, considerandū est, inquit, ne
forte adolescentulus tot nequissimorum insidijs
circūueniat, nō tu ab adolescentulo. nec enim
apparere causam, cur in tantū rueris scelus, quā
& nūc regno potiretur, & successionem regnū
speraret, nisi aliquos haberet huius persuasionis
auores, qui ad deteriorē partē lubricum avaris-
impelleret. Ab eiusmodi nāq; hominibus non
solū adolescentulos falli, neruentia senes, domosq;
clarissimas totaq; regna solere subueris. Conser-
tiebat dictis Herodes, iramq; paulatim remit-
tebat in Alexādro, & in Pherorā excitabat:
nāq; hic erat librorū quatuor argumentū. Qui
ubi propensiorem esse regis animū sensit, & in
omnibus apud cū amicitiā Archelai praeuale-
re, quā honeste nō posset, ex impudentia saluē
quaesuisse: relictoq; Alexādro, cōfugis ad Ar-
chelaum. & ille negat se uidere, quo pacto exi-
mat tot criminibus involvū, quibus manifeste
cōincertetur regē insidijs uoluisse decipere, o-
mniumq; malorū praesentis adolescentis causa-
fuisse: nisi malit omissis artibus callidis, &
negandi pertinacia, de quibus insimulareetur,
omnia confiseri, & à fratre, praeferim cui dile-
ctus

Eius esset, ueniam petere: nāq; ad hoc ei modis omnibus sc̄ quoq; opem laurū. Paruit Arche lao Pheroras, acraq; ueste cū lacrym̄:s ut quā miserabilis appareret, instrucl̄us, ad pedes Herodis accessit: ueniāq; meruit postulans: Cō se quidē sceleratū esse fatebarur: nāq; omnia que sibi obijcerētur fecisse. Horum autē causam esse diminutionē mētis atq; insanīā, ex mulieris amore conceptam. Itaq; postquā stetit Pheroras suimet ipse accusator ac testis, tūc cū iam Archelaus excusando, Herodis iracundiā mitigabat, proprijs usus exēplis: etenim se quoq; à fratre multo grauiora perpeſsum, naturale ius dicebat anteposuisse vindicta. Quippe in regnis, uelut in magnis corporibus, semper aliquā partem pondere ipso tumescere: quā recidi quidem non oportere, leniter uero curari. Multa in hūc modū locutus Archelaus, Herodē quidē Pherora placidū reddidit: ipse autē Alexādro tandem manebat iratus, filiāq; ab eo distractā secū abductuū se aiebat, donec Herodē cōpulit utrō pro aduloscētulo deprecari, ut iterū ei filiam desponderet. Satis autē grauatim Archelaus cui uelles eam prater Alexandrum collocari permisit: maximi enim pēdere, quo iura inter se affinitatis inuiolata permaneant. Rege autē sibi filiū ab eo donatū affirmare, nisi matrimonium diremisset, quòd Cō liberos iam haberent, uxor quoq; ab adulescēte diligenteretur: qua si remane-

ret, peccatorum foret oblinio: si uero discederet, causa de omnibus desperandi: molliorē nāq; fieri audaciā, si domesticis affectionibus distraha-
etur: nix tandem cessit, unaq; & ipse rediit cū adiu-
lescēte in gratiā, & patrē eius reduxit. Procul
dubio tamē cum Romā mitti debere ait, cū Ca-
fare collocuturum: de omnibus enim sc̄ se literas
ad cūm fecisse. Vafriū igitur Archelai consil-
lium, quo generū periculo liberavit, peractum
erat, & redintegrata cōcordia in epulis & hu-
manita e coniūctus familiariter uersabanteur.
Abeuntē autē muneribus talentorū septuagin-
ta, folio quoq; aureo gēmis ornato, & Eunu-
chis, & cōcubina donat Herodes, qua Panny-
chis uocabat: itēq; amicorū eius quēq; pro me-
rito. Quin & cognati regis omnes, iussu eius
Archelao dona splēdidissima dederūt: eumq;
tam ipse q̄ optimates Antiochiā usq; prosecu-

Antiq. li. ti sunt. Non multo post quidā in Iudaā uenit,
16. cap. ii Archelai cōsiliis multo potētor: q̄ nō solū re-
conciliationē gratiae Alexandro quēstā fecit
irritā: uerū tā causa fuit ut periret. Laco eras
genere, nomine Eurycles, ad regni desideriū a-
more pecuniae corruptus. Iam enim luxum eius
regia tolerare non poterat. Is amplissimis donis
Herodi oblatis, uelut eorū que aucuparet ille-
cebra, cū statim multiplicata recepisset, immacu-
lata lib. ralitate nihil esse ducebatur, nisi regium
sanguine cōfarrasset. Itaq; regē adulazione fal-
sisq;

sisq; de ipso landibus. & sermonis calliditate
 circūuenit: maenreq; perspecto eius ingenio, di-
 cili simul & factis qua illi placeret, inter pri-
 mos eius amicos habetur. Nā & rex & omnes
 eius comites libēter ciue Sparte patria causa,
 praecipuo dignū honore ducebāt. Ille autē post-
 quā fragilitatē domus animaduerit, fraterumq;
 inimicitiā, & quēadmodum pater in singulos
 esse animatus. Antipatri quidē hospitio pre-
 nentus erat. Simulata uero amicitia fallebat
 Alexandrū, olim se & Archelai socium esse
 mētius, quo etiā citius quasi pbaeus obrepst.
 Moxq; ab eo fratri quoq; Aristobulo cōmen-
 darus est. Perīētatis autē personis omnib⁹, aliā
 alio modo subibat: ac primū fit Antipatri mer-
 cenarius, & Alexātri proditor: illum expro-
 brando castigās, q; quū fratrū sit maximus, spēi
 sua negligat insidiatores: Alexandrū uero, q;
 regina creatus, & regia uir cōiugis, filiū priua-
 te mulieris pateret regno succedere, pr̄esertim
 quū haberet magnā occasiōnē Archelaū: qua
 quidē adulescēti bona fide suadere uidebat, q;
 amicitiā simulasset Archelai. Vnde nec Ale-
 xāder quicquā metuēs, & de Antipaero qua
 se moueret apud eū querebat: q; q; nihil mirū
 faceret Herodes, si ciui matrē illorū interemit,
 ipsis quoq; regnū eius auferret. quorum causa
 Eurycles & miscrari eos & cōdolere simulās,
 etiā Aristobulū ad ea dicēda pellexit: atq; ita
 hu 3 querclis

querelis in patrem utroq; deuincto , referens ad Antipatru secretā discedit : afficto quoq; insidiarū mendacio, quas ei fratres parasse affirmabat, ac penē iam strictus gladijs in eū irruere. Ob hac autē multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator eius erat apud patrē: ex ad extremū necis Alexādri & Aristobuli redempta opera , ipse accusatoris partibus fungit. Cumq; adiisset Herodē, uitā ei se repēdere pro beneficijs sibi delatis, ex lucem referre dixit pro hospitio: olim Alexandrū exacuisse in eū gladiū, & confirmasse dexterā: uerū sceleri tāto fuisse impedīto, q̄ societatē facinoris assimulasset. Alexandrū enim dicere, nō bene secū Herodē actum putare, q̄ regnū obtinuisse alienū, & post maioris corū necem principatiū eius dilacerasset, nisi etiā degenerē coopearet heredē, autumq; ipsorum regnū Antipatru spurio traderet. Proinde semet Esyrcani manes & Mariamnes uleū ire. Nec enim decere successionē regni ab huiusmodi patre sine cāde suscipere: multi autem rebus ad hoc excitari quotidie, quia nihil sibi omnino loqui sine calumnia licet. Nam si de nobilitate aliorū fiat mētio, sine ratione se cōsumelijis affici, patre dicēte, solus generosus Alexāder, & cui pater si pro ignobilitate dedecori. In uenationibus quoq; offendere, si taceat: si uero laudet, cauillationē appellari: ex prorsus immutē sibi patrem inueniri, solumq; Antipatru indulgentē: ob que

qua uel emori non recusare, nisi ex uoto insidia
successissent: sin cum occidisset, primū salutis oc-
casione fore Archelaum sacerū suum, ad quem
facile possit effugere: deinde Cesarem, qui nunc
usq; ignoraret mores Herodis: nec enim sic ei
adstatuerū ne antea, patris præsentiam formularan-
do: nec de suis tancū criminibus locuturum, sed
primū totius geneis arumnas, et quod ad necem
usq; tributis opprimere unligerum: deinde in
quibus delicij, quibusq; ac libus parta sanguine
pecunia cōsumpta sint, et qui uel quales ex illis
fucrine locupletati, qua causa ciuitatis afflictas
ibi autē lamentaturū et qui ex matris necem,
omniaq; sceleris regis relecturū: quibus cognitis
nemo se indicauerit patricidā. His Eurycles in
Alexandrum falso delatis, Antipatri laudes
prosequebatur, illum solum qui patrē diligenter
esse cōfirmans, quiq; adhuc insidias retardasset.
Rex autē nondum praterita suspicionis dolore
compresso, intollerabilis iracūdie féritate peren-
batur. Iterumq; hoc iēpus naētus Antipater,
alios accusatores fratribus subornauit, qui eos
dicerent cū Iacundo et Tyranno clām colloqui
solitos esse, equitum regis olim principibus, tunc
uero propter quasdam offensiones ordinibus
mortis. Hac deniq; indignatione succensus, con-
festim eos tormentis Herodes subdidit. Illi au-
tem nihil eorum se que criminī darentur, scire
cōfessi fune. Sed vobis ea est quædāns molit: ad

prefectum castelli Alexandri ab alexandro
 scripta epistola, deprecante ut cum aristobulo
 fratre se in castellum recipere, si parente in-
 terficiens: tamq; armis quam alijs subsidij eos
 uti permetteret. Hanc Alexander Diophantè
 commentū esse dicebat, qui regis erat notarius,
 homo audacissimus & cuiuslibet manus literas
 imitari percallidus. Itaq; multis saepe falso con-
 scriptis, ob hoc postremò occisus est. Torto autem
 castelli praefecto, nec eius indicio quicquam Her-
 rodos eoru qua delata erat uerum esse cognovit.
 Sed quamvis nullum documentū validum pro-
 ferretur, filios eamen asseruari precepit. Eury-
 clem uero domus sue pestem, ac totius sceleris
 fabricatorē, bene de se meritum datoremq; salu-
 ris appellans, talenis L. donauit. Ille autē prius
 quam certa fama nuntiaret, ad Archelaū pro-
 perat: aususq; dicere, quod Herodem recōciliās-
 set alexandro, ab illo quoq; pecunias capie;
 deinde in Achaiam transgressus, ad similia fa-
 cinora male quæstis abusua est. Postremò apud
 Cesarē accusatus, quod dissensionibus repleuis-
 set Achaiam, & ciuitates spoliaret, in exilium
 mittitur: atq; hoc eum modo pœna alexandri
 et aristobuli persecute sunt. Hoc loco dignum
 est cum Euaratum huic Spartiate conferre.
 Namq; us cum amicissimus esset alexandro, co-
 demq; tempore quo Eurycles ibidem erat adue-
 nisset, percōranti regi super his qua ille insimu-
 laret.

laret, iuratus nihil se ab adulescentibus audisse
 affirmauit. Nec tamē id quicquā misericōdias profuit Antiq.
 apud Herodem, solis maledictus aures paratissi- 16. cap.
 mas aperientem: cumq; grossissimū sibi indi-
 caneē, qui secum eadē crederet, iūdemq; moni-
 tur. Incubabat præterea Salome crudelitatem
 eius in filios. Nam ad hāc Aristobulus, quo pe-
 riculus inuolueret, quam & socrum habebat &
 amicam, monitiū miserat, ut salutis sua cōsuleret:
 quasi rex eam decrenisset occidere, iterū insimu-
 latam, quorū ante fuerat accusata: quod Sylla
 Arabi nubere cupiens, quem sciret eius inimi-
 cum, occulē illi secreta regis nuntiaret. Et hoc
 fuit extremū quo tanquam tempeſtate oppressi
 adulescentes, nō secus ac turbine pessundati sunt.
 Salome enim protinus cōcendit ad regē, eiq; mo-
 nita Aristobuli prodit: atq; ille ulterius durare
 non passus, uerunq; filiū uinxit, & separatos af-
 fermari præcepit. Deinde Volumnium militia
 magistrū, et ex amicis suis Olympū descripta fe-
 rētes iudicia, proficiisci iussit ad Cesārē: qui post-
 quam Romanā nauis delata, regis literas reddide-
 runt, uchemēter quidē Casar ob adulescentes in-
 doluis, uerū potestatē in filios à patre auferēdam
 non duxit. Deniq; rescribit ei, ut ipse suā domi-
 nus esset arbitrij: melius tamē facturū dicens, si
 in cōmuni cōfessu propinquorum suorū prouin-
 ciaq; rectorū de insidijs quereret: eosq; si delata
 criminī reperiret astriclos, occideret: si nero fū-
 h H 5 gant

gam canum esse meditatos, mediocri supplicio
 itaq; li. contentus esset. Paret scriptis Herodes, cumq;
 . cap. 13 Berytum quò Casar iusseras, peruenisset, cogit
 iudicium. Praesederunt autē rectores, quibus à
 Casare scriptū fuerat, Saturninus & Pedanius
 legati, & cū his Volumnius procurator, itemq;
 propinqui regis & amici, neenon et Salome &
 Iheroras, & post hos optimates Syriae, prater
 Archelaum regē: namq; hunc Herodes, quod
 Alexātri sacer esset, suspectū habebat. Sed fi-
 lios quidem satis prouido consilio in iudicium
 non produxit: sciebat enim quod si tantum usi-
 fuissent, omni modo ad misericordiam cunctos
 impellerent: si uero etiam dicendi copiam nacti
 essent, facilissime Alexander obiecta dilueret.
 Igitur illi quidē custodiebatur in Platane, uico
 S:doniorum. Exorsus autē rex, ueluti cum pre-
 sentibus ageret, cōmouebatur: & insidias qui-
 dem timide obiecibat: nam probationibus defi-
 ciebat: maledicta uero & probra & iniurias,
 & peccata plurima in se admissa prosequeba-
 tur: eaq; morte grauiora esse confessoribus de-
 monstrabat. Postremo cum nemo contradiceret,
 feneripsum argui miserabiliter questus, acer-
 bamq; uictoriā uincere, singulos sentenciam
 proferre roget in filios: & primus Saturninus
 condemnandos esse adulescentulos, sed non morte
 pronuntianit. Nec enim fas esse cū tres ipse
 astantes habeas filios, mortem alionis decernere.

Idem etiā duobus legatis uisum est, eosq; non-
 nulli alij securi sunt. Tristem uero sentētiā pri-
 mus Volumnius dixit, cunctiq; post eā Herodis
 emulazione, uel odio: neq; indignatione quis-
 quam necandos esse adulescētes iudicauit. Tum
 autē uniuersa Iudea & Syria, suspensa quidē
 operiebātur huius tragedia finē: sed nemo exi-
 stimabat Herodis crudelitatē ad parricidiū usq;
 processuram. Ille tamē filios Tyrum traxit, atq;
 inde nauī Cesaream deuectos, quo mortis genere
 perimeret cogitabat. Inter ea uetus quidam regis
 miles, Tiro nomine, qui & filiū habebat Ale-
 xandro assuetū atq; amicum, & ipse diligebat
 adulescentulos: prae nimia indignatione mentis
 postremo circumiens clamitabat conculcatā esse
 iustitiam, ueritatē perisse, naturam esse confu-
 sam, uitamq; hominum iniquitatis esse plenam,
 & omnia qua dolor contemptori uite dictasset.
 Deinde ipsum etiam regē ausus adire: muhi ne-
 rō, inquit, omnium uideris esse infeliciſſimus, quā
 contra chariſſimos nequifiſſimis credas. Siqui-
 dem Pheroras & Salome fidens apud te aduer-
 sus filios tuos habent, quos sape ipse mortis sup-
 plicio dignos esse iudicasti: neq; aduertis hoc
 eos agere, ut iustis successoribus deſtituus, cum
 solo remaneas Antipatro, capi facile regem
 optanes. Veruntamē cogita, ne ille quoq; mili-
 tibus odiosus sit, propter eadē omnium fratrum.
 Nullus enim est, qui nō adulescētū miscreatur,

princ.

principum autē plurimi etiam palam graniter
 Antiq. li. ferunt. Hac dicens, simul eos quibus res indigna
 26. cap. 13 uidetur nominabat. Rex autē statim illos &
 ipsum cum filio comprehendendi iubet. Ibiq; sum
 alius quidam regim consor, nomine Tryphon,
 nescio qua exagittatus insanus, scmet ipsum in-
 dicans profiliit: ac mibi quoq; Tiro, inquit, iste
 persuasit, ut occasione tondendi nouacula et oc-
 ciderem: magnaq; inde Alexandru daturum
 munera pollicebatur. His auditis, Herodes &
 Tironē eiusq; filium, & consorē subdidit que-
 stioni. Cumq; illi pernegrarent, consor autē am-
 plius nihil diceret, Tironē uelutē eius torquē
 iussit: sumq; filius eius, paucis miseratione cons-
 motus, cuncta se regi, si eum sibi cōdonasset, in-
 dicaturum promisit. Eoq; relaxato, ipsius occi-
 dendī patrem suum habuisse voluntatem dixit,
 impulsū ab Alexandro. Hoc autē quibusdam
 filium ab adolescenti uidebatur, quo tormentis
 eriperet patrem, nonnulli uerū esse affirmabant.
 Herodes tamen & milium principibus & Ti-
 rone pro cōcione accusatis in eos armanit popu-
 lum, ut ibidē cum consore lignorū & lapidum
 iclibus intertrēt. Filios uero in Sebasten nūssos,
 qua nō longo à Cesarea interuallo distaret, pra-
 focari iubet: eaq; re mature perfcta, in castel-
 lum Alexandrium mortuos asportari, cum
 Alexandro materno auo sepeliendos. Hic finis
 Aristobulo & Alexandro uita fuit.

De conspiratione Antipatri contra patrem. C.XVIII.

Antipatru^m uero, cum iam sine controvacia Antiq. li
successione regni speraret, intolerabile 17. cap. 1
genius excepit odium, cunctus scieneibus, illum
omnes fratribus suis cōseruisse calumnias: nihili-
loq; minus timor eum nō mediocris sollicitabat,
crescente sobole peremptorū. Erant enim Ale-
xandro ex Glaphyra filij duo, Tigranes et Ale-
xander: itemq; Aristobulo ex Berenice Salo-
mēs filia, Herodes et Agrippa et Aristobu-
lus, filiaeq; Herodias et Mariamme. Sed Gla-
phyrā quidē Herodes cū dote sua in Cappado-
ciā dimisit, postquā Alexandrum interfecit:
Berenicem autē Aristobuli coniugē, aunculo
Antipatri nupiū dedit: ut enim Salomē, quam
insensam habebat, sibi recōciliaret Antipater,
istas nupicias excogitauit. Idem uero etiā Phe-
roram muneribus alijsq; obsequijs, atq; amicos
præterea Cesaris ambiebat, magnas Romā mit-
tendo pecunias. Saturninū enim cum alijs omnī-
bus apud Syriā donis expluerat. Hoc autē ma-
gis inuisus erat cūclis, quo plura donabat, uelut
opes rātas nō munificēta largiret, sed meū con-
sumeret. Itaq; eueniebat, ut nec accipientiū be-
nevolētia quicquā profecerit, quibucq; nihil de-
disset, acerbiores inimicos haberet. In distribu-
tionibus autem munerū quotidie largior erat,
cum praeferret spem uideret orbos pueros ab Hero-
de curari: quanumq; illum peremptorū cādis.
paenit

paeniteree, prolis eorum miseratione significari.
 Connocatis enim propinquis atq; amicis suis, et
 pupillis astantibus cum lacrymis opplesset oculos, dixit: Horū quidē mihi patres fortuna quadam tristis eripuit, ipsos autē orbitatis misericordia cum natura cōmendat. Experiar itaq; me
 eis pater infortunatissimus fui, annus tñ sim prouidencior, & à quibus post me regātur amicissimos mihi relinquā. Despondeo igitur filiā tuam Pherora maximo filiorū Alexātri, ut ei curator sis necessarius: tuo uerò Antipater filio, Aristobuli filiā: eris enim hoc modo pater orbita. Sororem uerò eius meus Herodes accipier,
 ex pontifice auo materno prognatus. Et de his quidē hoc sic iudiciū meum, neq; id quisquā dirimat, q me amat. Precor autē etiā Deum bono regni mei, meorūq; nepotū copulare nuptias, atq; hos pueros placidioribus, q patres eorū oculis aspicere. Postquam h.ec locutus est, flevit, &
 puerorū dexteras iunxit, benignissimeq; cōsalutari singulis dimisit concilium. Statim diriguit Antipater, quātoq; dolore affectus esset neminem lauit pupillorum: namq; honore apud patrem quoq; sibi derogatū existimabat: iterumq;
 de rebus cūctis periculū fore, si Alexātri filiis prater Archelaum etiam Pherorā tetrarcham adiutorē habere licuisset. Ad hac repuabat odium suum, & orbitatis miserationē, qua tota gens flectebatur, quanto uiuentium puerorum studio,

studio, & quanta memoris mortuorum ipsius sec-
 lere teneretur Iudei. Itaq; omnimodo dirimere
 sponsalia fecerit: & callide quidem patri surre-
 pere timuit, saeuenti acriterq; vigilati ad suspi-
 candū: palam uero eum supplex adire ausus est,
 coramq; depositore, ne se honore primaret, quo
 dignū esse iudicasset, nudumq; regis nomen ha-
 bere uellet, regni autē substantiā penes alios esse.
 Nec enim posse rerū obtainere dominatū, si pre-
 ter aū Archelaū, etiam Pheroras Alexātri
 filius sacer esset adiūctus. Instantissimè uero pre-
 cabar, quia numerosa esset regia progenies, nu-
 ptias permutari. Nouē namq; regi uxores erant,
 sed harum septem unde filios suscepérat, ipsum
 Antipatru ex Doride, Herodem autē ex Ma-
 riāmne pōtificis filia: itemq; Antipā & Ar-
 chelaū ex Malihacce Samaritiide, filiamq; Olym-
 piadē, quā frater eius Iosephus habuerat, ex
 Hierosolymitide uero Cleopatra Herodē et Phi-
 lippū, necnon ex Pallade Phaselū. Habebat au-
 tem filias quoq; alias, Roxanen & Salomen,
 unam ex Phaedra, & alterā ex Elpide: duasq;
 uxores sine filijs, consobrinā & fraris filiā: &
 prater has Alexandri & Aristobuli sorores
 duas ex Mariāmne. Cūm igitur tāta prolis copia
 superesset, aliter nuptias iungi postulabat An-
 tipater. Rex autē perspecto eius animo, qd de pu-
 pillis cogitaret, uehementer iratus est: quippe fi-
 liorū quos interfecerat casū reputans uerebat no-
 cīam

etiam hi quandoq; criminatiōnum Antipatris
premiū fierent. Sed tunc quidē senioribus dictis
cum protelat. Postea uero blanditīs eius addu-
ctus, sponsalia reformauit: ac primū ipsi Antipi-
patro Aristobuli filiam callocat, filiu uero eius
iungit filie Pherura. Hinc licebat aduerteere,
quantum Antipatris ualuerit adulatio, quod
idē in simili causa impeirare Salome nō potuit.
Hanc enim quāvis soror esset, atq; hac sape in-
tercedēte Iulia uxore Caesaris postulasset. Ara-
bi Sylla nubere nō passus est: sed inimicissimā
fibi fore iurauit, nisi ab hoc studio desistesset:
posteaq; inuitā Alexe cūdā ex amicis suis in
matrimoniu dedit, eiusq; filiarū unā Alexātri.

*Antiq. li. filio, alterā Antipatris auunculo tradidit. Na-
17. cap. 3 tarū autē Mariamnes una, sororis filiu habebat
Antipatru, altera fratri Phaselū. Sic interru-*

*pia pupillorū spe Antipater, & pro sua cōmo-
ditate affinitatibus iūclis, expectatione certa ni-
sebat: adiectaq; malignitati fiducia, nequaquam
erat tolerabilis: nā quia singulorū odium uitare
non poterat, securitate sibi ex terrore quarebas:
cūm præterea Pheroras ei ueluti iam cōfirmato
regi obsecūdaret. Quin & mulierū conflata in
aula conflictio, nouas turbas excitabat. Etenim
Pherora uxor cum maire ac sorore sua, necnon
& matre Antipatris, multa in regia insolenter
agebat, ausa etiam duas regis filias contumeliose
tractare: cui rei maxime ab Antipatro erat
objicit*

obiecta. Itaq; ciam illi iniusa essent, alias quidē
morigeras habebant: sola uero Salome aduer-
sabatur eorū concordia: quodq; non bono regis
coirent, apud ipsum insimulabat. Cognita uero
eius dēlatione mulieres, quodq; Herodes agre-
sulisses aperio quidē conuēit ex familiaritate
abstinentiae, cōtrā uero ex discordare inter se
rege audiēte simulabant: cū his adeo colluderet
Antipater, ne palā Pherorā minime dubita-
ret offendere, oculios autē cœtus et nocturnas
comessationes agebant: carūq; confessionē fecit
obseruatio firmorē: cū horū nihil ignoraret Salo-
me. Sed Herode cuncta nūciaret. Ille autē ar- Antiq. li-
dēs iracundia, maximeq; aduersus Pherora cō 17. cap. 1.
ingē, q; cā prater ceteras accusaret Salome, ad-
nocato cognatorum amicorūq; concilio, ex alia
mulie mulieri et filiarū cōuenelias criminī de-
dit, quodq; Pharisaī mercedē cōtra se prabuīs-
set, fratremq; sibi hōstē reddidisset expuonāū
menēnis. Postremō consuersus ad Pherorā, utrū,
ait, se frātrē an uxorē uelle opicare? Cumq; ille
se cuius nūta dixisset quā coniuge caritūrū, in-
cereus quid ageret, ad Antipatrū sermonē cō-
sulit: ac ne cum Pherora, uel eius coniuge, aut
quomodo alio, qui ad eam pertineret, unquā collo-
queretur edixit. Verū ille palām precepit cu-
ſtodiēs, in oculio cū his pernoctabat: metuēsq;
obseruatiōē Salomes, per amicos in Italia de-
geneses, in Romā proficisceretur, effecit ipsorum

perlatis litteris, ubi Antipatru aliquando post
 tempore ad Casarem misi oportere perscriberet.
 Spur Herodes nihil moratus, eum misit: cum
 etis que usui forent, magnaq; pecunia liberaliter
 instructu, et flamencuq; una ei portandum de-
 dit, in quo rex ipse Antipater inscripsit etat.
 Et Antipater successor Herodes, ex Mariam
 pontificis filia procreatus. Quin et Syllae
 Arabs itidem Romanum, nebleto Cesaris pri-
 pio, nauigavit: de his cum Antipatro certa-
 rus, de quibus cum Nicolao causam ante dixerat.
 Non leue autem cum Areta rege suo certamen
 habebat, cuius et alios amicos interfecerat et
 soemum in Petra oppido potenterissimum, redem-
 ptoq; Fabato procuratore Cesari saevo nec-
 batur etiam in Herode. Sed maiore pecunia data
 Herodes Fabatum a Syllae alienauit: ac per eum
 que Cesari iusserrat exigebat. Ille autem cum nihil
 dedisset, accusabat apud Cesare Fabatum, dispe-
 satorum esse dicens, non que ipsi, sed que Herodis
 expedirent. Quibus cōmotus ad iracundiā Fa-
 basur, adhuc autem apud Herode in honore ma-
 ximo habebatur, seccorū Sylli proditor fa-
 ctus est: regiq; indicauit, quod Syllas Corinthum
 eius satellitē pecunia corrupisset, eumq; asser-
 uari oportere. Neque rex id facere dubitanit:
 quoniam Corinthus iste, licet in aula regis effe-
 educatus, ex Arabia tamen fuerat oriundus.
 Igitur mox non illum solum corripi, sed etiam
 duos

duos alios Arabas insit apud eum reperitos,
unum Sylli amicum, alterum Phylarchum.
Qui subditi questioni, magna pecunia Corin-
tho ut Herodem occideret, persuasissime confessi
sunt: atq; etiam à Saturnino Syria rectore in-
terrogati, Romam transmissi sunt.

De veneno Herodi parato, & quomodo com-
pertum sit.

CAP. XIX.

AT Herodes Pherora uehementius immi-
nebat, ut repudiaret uxorē: neq; quomo-
do mulierē plečeret inueniebat, cum multas in-
eam odij causas haberet, donec ipsum etiā fra-
tē cum ea supra modū indignatus eiecit. Phe-
roras autem aequo animo accepta iniuria, in ce-
trarchiā suam recessit, iuratus unū sibi exiliū fi-
nem fore moriē Herodis, neq; ad eum reuersu-
rum esse dum uixerit. Deniq; nec agrotum
quamvis sepe accitus fratrē inuisere uoluit, cū
quibusdā mādauis cum quasi moriturus uelles
instruere. Sed ille quidē prae ter spem conualuit.
Postquā autē Pheroras in morbū incidit, tum
Herodis patientia demonstrata est. Nā ἦ ue-
nit ad eū, ἦ humanissimè curatum uoluit: sed
morbū superare non quisiuit: intra dies enim
pancos est mortuus. Quē licet usq; ad ultimum
uite diem dilexisset Herodes, iamē quōd illum
quoq; ueneno peremisset, fama nūlgatū est. Ve-
riū eius corpore in Hierosolymam deportato,
luctum maximum cuncta genei denuntianit.

clarissimaq; funus sepulchra dignatus est. Vnde
quidē interfector Alexandri & Aristobuli,
hunc exicium vita soritus est. Transye autē in
Antipatrum auctorē poena sceleris, ex interitu
Pherora nacla principiū. Quidā enim ex eius
libertis, cum regē tristis adyssim, fratre ipsius
Antiq. li. Pherorā ueneno interceptum esse dicebant. Nā
19. cap. 5 quēdam ei cibum obnūlisse coniugē suam, non
eo quo solebas modo conditū: eoq; sumpro illō
morbo proteinus esse correptū. Venisse autē ante
bidū, matris ac sororis eius accitu quādam ue
neficam mulierculā ex Arabia, ut uenenum
Pherora conficeret amatoriū: & pro amatori
dedisse mortiferū Syllai consilio: namq; illi nota
fuisse. Perculsi igitur plurimis suspicionibus
rex, ancillas & nonnullas liberinas questioni
subiecit. Ibiq; tum exclam. ut aliqua doloris im
patiēs: Deus cali terraq; rector in matrē An
tipatri, qua horū nobis malorū causa est, uindi
cet. Hoc rex initium naclue, persequebatur ul
terius indagine ueritatis. Mulier uero & ma
tris Antipatris familiaritatem cum Pherora
eiusq; mulieribus, & oculos eorum conuētus
aperuit: quodq; Pheroras & Antipater re
deuntes à rege, tota cum illis nocte potare soliti
essent, seruis omnibus exclusis & ancillis. Vna
quidē libera inarū hac indicavit. Cū autē ancil
la separatis singula iuxquerētur, patet omniū
dilecta congruere, qua de causa Romā quidem

Antipater ex compoſito, Pheroras nero trans
 flumē ſcedere curauifet. Nam ſaepi illos in ſer-
 monē dixiſſe, q̄ poſt Alexandru & Aristobu-
 lu ad ipſos eorumq; coniages trāficiuntur eſſe
 Herodes. Nec alicui poſſe parceret, qui Mariā-
 me eiūq; filijs minime peperciferet: ideoq; me-
 bus eſſe, ab hac belua quam longiſſimē fugere.
 Sepe autē dixiſſe marii Antipatru conquerē-
 tē, q̄ cūm ipſe iam canus eſſet, paer in dies ſin-
 gulos iuuenefceret, ſeq; fortaſſe prius q̄ regnare
 incipiat moriturū: aut ſi unquam ille decesserit
 (quando autē iſtud futurum?) voluptate ſibi
 ſucceſſionis omnino fore breuiſſimā. Nullulare
 praeterea hydra capita, hoc eſt Alexandri &
 Aristobuli filios: ſibi autē filiorū quoq; ſpem
 adempā eſſe patris iniuria: qui non eoru quen-
 quam poſt mortem ſuā regni ſucceſſorē, ſed Ma-
 rianus filium ſcripſiſſet haredem. Qua quidē
 in re prorsus cum ſeneclue delirare, ſi reſtamē-
 to ſuo ſtādum arbitraretur: ſe namq; ne ex eius
 progenie nemo ſuperereſſe curaturū. Quinetiam
 cū omnes patres, quibus inuisi unquam filii fue-
 runt, odio uincat: plus rāmen cum etiam fraeres
 odiſſe. Deniq; nuper ſibi ne cū Pherora collo-
 quereint, cenu ſalensa donaſſe: atq; cū Phe-
 roras diceres, quid enim per nos ledebauit? re-
 ſpondiſſe Antipatrum, uinam cunctis ablatis
 nudos ſe diuīmodo uiuos relinqueret. Verūm hoc
 nequaquam fieri poſſe, ne tam peſtiferam bestiā

quisquam effugiat, sub qua nec amicis esse patem liceret. Deniq; nūc occulec, inquit, cōuenimus: licebit autē aperit, si virorum spiritū manusq; habeamus. Hac in tormentis ancille prodiderunt. Et quod Pheroras cū illis Petrā fugere cogitasset. Vi omnibus autem dictis Herodes crederet, cennū talentis effectum est. De his enim soli Antipatrus dixerat. Igitur ante alios in Doridem Antipatri matrē furor eius eruppi: eamq; omni ornatu, quē illi donauerat, spoliavam, mulieris cōparato talentis, expellit. Deinde ira deposita, Pherora mulieres à tormentis recreabat. Timore autē pauidus erat, et ad omnes suspicione excitabatur: mulierosq; innocētes, metu ne quē nocentium pretermitteret: in tormenta ducebat. Hinc ad Samaritā se cōueruit Antipatru, qui procurator erat Antipatri, et ex illius tormentis comperit, necandi suis causā ex Aegypto Antipatru uenenū malum petiisse, per quendā Antiphili amicū: idq; ab eo Antipatri auunculū accepisse Theudionē, ac Pherora tradidisse: cui mandasset Antipater ut Herodem occideret, dum ipse Roma abesset, ac suspicione carereret: Pherorā uero uenenū uxori sua dedisse seruandū. Itaq; hanc enoccam, statim rex quod acceperat afferre iubet. Illa uero quasi allatura egressa, de recto se precipitem dedit, ut eo modo probationes et regis tormenta praenociret. Sed Dei prouidencia, sicut app

apparet, que ab Anipatro poenas repeteret,
nō in caput, sed in diversum delata pāriē, peri-
culū mortis evasit. Porataq; ad regē, ubi resi-
piscere potuit (nam casus eam perurbauerat)
quāobrē se precipitasset interrogata, adiuravit
rege, q; uera dicēti remitteret omne suppliciū;
sui falsa promere maloisset, corpore tuis tormento-
nis absumeret, neq; sepulchra quicquā m̄ relin-
queret: panisperitacuit. deinde: Quid, inquit,
secreta custodio, cū Pheroras obierit. Anipat-
tro qui nos omnes perdidit servitora? Audie-
rex, q; tecū Dcas iestus mihi ueritatis, qui falli
nō poset. Cū Phetore moriturō lacrymans assi-
derē, tunc ille me ad se vocauit: En multiū, inqt,
cōlūx de fratribus erga me animo sum deceptus.
Nā qui sic me diligret, iniuriam habui, q; ne-
care cogitauit: qui tāto nunc mei, quāvis necdā
mortui, dolore confunditur. Sed ego qdē impie-
tatis pretiū fero: uero quod in eū seruas, reli-
ctū nobis ab Anipatre uenēnū, hue affer pro-
pere, meq; uidēte consume, ne ad inferos quoq;
ultricē huius sceleris cōscientiam deserā. Ita uā
iussit aituli: q; magna quidē uenēni pāriē sub
obscenibus eius in ignē effudi: modicū uero mihi
propter dubios casus, q; que te meiuere, reser-
nauit. His dictis, illa quidē omnino paululū qd-
dā uenēni habeniē pyxidē profert: rex uero in
matrē fratremq; Aniphili cōlūt questionē.
Verā hi quoq; Aniphilō ex Aegypto at-

enisse pyxide sarcinār, illumq; uenenū à fratre apud Alexandriā exerceente medicinā accipisse dicebant. Totū autē regnum circumuenies Alexandri & Aristobuli manus, ipsi erat incertarū rerum exploratores atq; indices, & à suspicionibus remotissimos ad probationes trahebant. Deniq; etiam pontificis filiam Mariammen, conscientiam esse maleficiorū patuit. Hoc enim tortis eius fratribus demonstratū est. Rex autē matris audaciā filij quoq; pena coērcuit. Nam quem illa pepererat Herodem, patri suo confessorem scriptum ex testamento deleuit.

De Antipatri in Herodem malignis studiis deprehensis & ultis. C A P. XX.

Post hac etiā Baslyllus, nonissima cōsilio-
u Antipatri fides documentis accessit. Namq; is erat quidē liberus eius: aliud autem
uenenū ferens, hoc est, aspidū virus, aduenerat,
aliorumq; sepērum succos: ut si prius fuisset in-
naliidū, hoc se Pheroras cū sua coniuge in regē
armaret. Idē uero praeer suscepitā contra saluē
patrius audaciā, uelue operam subsicuam, habe-
bat epistolas aduersum fratres compositas ab
Antipatro. Erant autē Roma in studijs Ar-
chelaus et Philippus, iam adolescentib, magniq;
animi, regis filij, quos Antipater uelue inni-
tūces sp̄e sua remouere festimans, quasda in eos
bitteras ipse finxit, amicorū nomine Roma degē-
tiū. Non nullis autē corruptis scribere persua-
stū,

fit, q̄ multis patrem maledictus carperet, ac de
alexādri & triphobuli nece manifestè que-
reretur, sc̄q; accitos esse grauitet ferrēt: iā enim
pater eos redire precep̄at, idq; maximè solici-
tabat Antipatrū. Quin etiam prius q̄ proficisci-
reuerit, in Indea consilieus Antipater, eius-
dem modi contra eos Roma literas mercabatur:
patremq; adeundo usianda suspitionis causa
fratres purgare simulabat: quidā falso scripta,
quidā uero adolescentia peccata esse comemo-
rans. Quo quidē tempore scriptoribus epistola-
rū, quas in fratrū perniciē simulabat, plurimis
pecunīis datis, sumptuū confundere c̄tabat in-
dicia, uel s̄lē pretiosam uariaq; stragula, pocu-
laq; argentea necnon & aurea comparando,
aliaq; plurima instrumenta, ne priorum ma-
gnitudine mercedes falsarīis erogatas calares.
Deniq; ducem̄a salēta reuultū expensa, & corū
maxima fuit occasio causa Syllai. Uniuersis au-
tem malis tunc minoribus maiore concektū, cū
omnia quidē tormenta de paricidio, epistole ue-
rō de iteratis fratricidiis conclameret, nemo sa-
men ex Indea uenientiū, quo loco fortuna di-
muis effene ei nuntianit, quamvis in se scelus
probatum & ipsius redditū septem mensū in-
terualla fluxissent. Ita erae inuisus omnibus.
Fortasse autē etiam quibus indicandi uolentes
fuit per intersectorum fratrū manes obmusec- Antiq. I
scibane. Deniq; Roma licet q̄ uisit, coniunctio se 18. cap. I

menturum esse, quodq; honorifice dimissus esse
 à Cesare nuntians. Rex autē insidiorē mania
 bus tenere desiderās: timēsq; nē si quid præcisi-
 set, forte caueret, ipse quoq; literis benevolentia
 simulans, & alia familiarissimè scripsit. & ne
 reuersione suā matuaret orant. Nā si prope-
 rasset, matris sue quoq; offensionē posset cōpo-
 nere, quā expulsam esse non ignorauit. Anti-
 pater. Prīmā quidē iam de morte Pherorae fu-
 scepserat epistolā apud Tarentū, cumq; ucheinē-
 ter luxerat: id autē nonnullis de patruo lauda-
 bile uidebatur: sed quantū intelligi datur, cat-
 fa doloris erat, q; insidie pro uoto nō cesserat:
 neq; tā Pherora flebat, q; maleficiorū ministriū.
 Praterea metus eū quidam ob ea que consece-
 rat occupabat, ne quando foricē deprehēdere ent
 uenētū. Tunc autē in Cilicia patris epistola fibi
 reddita quā suprà memoranī statim quidē fe-
 stimabat: sed postq; in Celēderin delatus est, subiit
 cūm quedā materni casus cogitatio, anima iam
 per se metipsam diuinante. Et amicorū quidem
 prudentiores ei suadebat, ne prius patrē conue-
 niret, q; pro certo cognosceret, quibus ex causis
 matrē suam repudiasset: namq; timere, ne foricē
 criminibus matris adderetur. Minus autē pru-
 dentes, & uisenda patria cupidi magis, q; quid
 neipatro esset uile cōsiderantes, ni propera-
 re monebāt, ne ex ipsamora & patri causam
 prava fūspiciorū, & occasiōnem præbēret cō-
 lumn

lumen caribus. Nunc enim si quid motum est, in
 absente esse factum: nec enim praesente illo que-
 quam id ausurū fuisse. Absurdum autem vide-
 ri, propter suspiciones incertas ceris bonis ca-
 rere, neq; matrē se patri reddere, ab eoq; re-
 gnum accipere, quod solo ipso niteretur. Parmis
 bis Antipater, impellēte fortuna, trāmissusq;
 in Sebastū Cæsariae portū deferitur. Occurrat au-
 tem illi prater opinionē maxima solitudo cum
 omnes eū denitaret, nullusq; audiret accedere.
 Nā eti semper aquē inuisus erat, odio tamē ut
 proderetur junc data liberas est. Multos autem
 aueriebat ex rege formido, quoniā cunctas iam
 cinicatas de Anipatro fama repleuerat, solusq;
 de se quid ageretur Antipater ignorabat. Nec
 enim uel clarius eo quisquam deductus est, cum
 Romā nauigaret, uel ignobilius inde suscepus
 est. Enim uero clades ille domesticas intelligēs,
 calliditate calabat, metuq; penē moriuus, uulnus
 confidenciam simulabat. Et neq; fuga spes nulla
 erat, neq; circumstātibus malis emergere poten-
 rat: certuq; nihil ei de domo, ne ibi quidē nun-
 tiabatur: id enim regis interminatio prohibue-
 rat. Vnde in eisdam etiam spes eum perentia-
 bas hilarior, aut nihil esse deprehensum, aut si
 quid esset, hoc sese impudenter sua diluerū, ac
 dolis, qua sola instrumenta salutis haberet. Itaq;
 his armatus, sine amicis in regiam uenit, qui à
 prima ianna, cuon iminria sine repulsi. Forte
 autem

autē Varus Syria rector insus aderat. Ingressus
inde ad patrē, confirmatusq; audacia, uelut eius
salutandi causa, propius accedebat: cūm ille ob-
ieclā manu, ex capite declinato, exclamat: Et
hoc parricida est, ut me amplexari uelis, qui eos
maleficijs innolutus sis. Dispereas, impiū caput:
neq; me attingas, prius q̄ criminibus te exnuas.
Dabo enim tibi iudicium ex iudicē, qui opportu-
ne praestō est, Varū. Abi, ex quēadmodum te
purges in diē craſlinū meditare. nam ex tem-
pus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hac meū
obſlupefactus Antipater, quia respōdere nihil
potuit, renuersus est. Cūm autē ad eum uenissens
mater ex uxor, cūctas ei probationes exposue-
runt. Tumq; recepia mente, quo pacto seſe de-
fenderet cogitabat. Postero autē die rex adhi-
bito propinquorū aīq; amicorum cōcilio, An-
tipari quoq; amicos uocat. Ipse autē cum Va-
ro residēs, cunctos indices iuſſit adduci, in qui-
bus erāt etiā servi maoris Antipatri quidam
pridē comprehēsi, qui ab ea literas ad eū depor-
tauerunt huiuscemodi: Quoniam illa omnia pa-
tri tuo cognita sunt, caue ne ad eum uenias, nisi
aliquid auxilium à Casare impetraueris. Itaq;
his unā cum alijs introductis, ingreditur An-
tipater. Cumq; pronus ante pedes pairis ceci-
disset: Oro, inquis, parcer, ne quid de me praudi-
ces, sed integras aures satisfactioni mea pre-
bebas. Demōstrabo enim me immoxiū, si enī uelis.

Ille

Ille autem magna uoce imperato ei silentio, ad varum locutus est: Quod et in Vare, et quinque iustus index. Antipatrum more dignum indicaverit, certò scio. Vereor autem ne mea quoque tibi sua iniusta fore una, omniisque calamitate dignum depones, qui tales filios genuerim. Atque hoc sibi magis misericordia uideri debeo, quod ergo tam sceleratos indulgentissimas pater fuisti. Nam illis prioribus adhuc adolescentulus regnum detuleram, eosque Roma educatos amicos Cesaris feceram: sed quos alius iniuriosos regibus, amulandoque conspiui, mea saluis hosties inueni, quorum tamē inservias. At ipatrem magis profuit. Atli enim quod iuuenis et successor meus fueris esset, maxime securitas querebas. At nero hic belua, passicia mea supra quod satiis erat expletus, in me sauerat suam profunditatem: eiique diminuere sum natus, meaque senectute granis et tulit, rexque fieri non nisi parricidio passus es. Que quidem profecta noni qua ratione cogitauit: quod eum ex agro abieclum reduxerim, et exclusis quos mihi regina pepererat filiis, regni mei uicariū declarauerim. E quidem tibi Vare confuear mea mentia errorem. Ego illos contra me filios irritavi, qui Antipatris gratia spes eorum iustas abrupi. Quid enim eamque de illis, quamque de isto bene sum merito? cui minus etiam potestas mea penè cōcessi: aperte autem regni successione testamēto reliquis, et praeter destinatos ei separatum quinquaginta reditus tal.

tuis talentorū, sumptū pāssim mea pecunia sub-
 ministraui: ac nuper Romā quoq; nauigaturo
 dedi trecēta ealcea, quemq; solū ex omni fami-
 lia mea, tanquā patris seruatore, Cesari cōmē-
 davi. *A*ut quid illi tanū sceleris, quādū *An-*
ticipater admiserūt? quod' ue de his habui indi-
 cium, quale demōstrauit huius infidias? etiam
 approbo, quia ausus est aliquid parricida, rur-
 sumq; ueritatē dolis sperat obiecere: tibi *Vare*
 cauēdum: nam ego istā beluā noui: *C*o q̄ sit ue-
 risimilia dicturu, iam nūc prospicio, fletusq; si-
 mulatos. *H*ic est qui me quondam monebat, ue-
 ninū *Alexandru* cauerē, neq; meū corpus o-
 mnibus crederō. *H*ic est qui usq; ad cubile meū
 solebat ingredi, *C*o circumspicere, ne quis mihi
 forte parasset infidias. *H*ic somni mēi custos
 erat, *C*o securitatis dator, qui cōsolaretur luctū
 peremperū, *C*o uiuetum frāterū benivolentiā
 dijudicaret: hic propugnator *C*o satelles meue.
*Q*uum cius calliditas *Vare* in mentē uenit, *C*o
 quēadmodum singula simulasset, nix me credo
 uiuere, tamq; grauē insidiatore quo pacto effu-
 gerim miror. *V*eruntamē quia fortuna quadam
 excitat cōira me domū meā, mihiq; amicissimi
 semper infensi sunt, ego quidē fatorū iniquitatē
 flebo, *C*o meū ipse solitudinē gemā. *N*emo aut
 qui meū sanguinē sitierit elabetur, etiam si per
 omnes filios meos indicia uētura sint. *H*ac di-
 cens, ipse quidē inerrupeo sermone tacuit, do-
 lore

lōre confusus. Nicolaum autē unum ex amicis
 probationes iussit exponere. Inter hac autem
 antipater sublato capite, cām prostratus ante
 patris pedes maneret, exclamat: Tu pater meus
 paries defendisti. Nam quomodo ego parrici-
 ds, quē tu semper servatō te habuisse cōme-
 moras? Aut si ficta, ut dicas, simulacrum; mea
 pietas fuit, cur in alijs tam callidus, in hoc adeo
 demēs fui, ut nō intelligerē, qd si homines latere
 rati sceleris cogitatio, celestē latere iudicem o-
 mnino nō posset, qui ubiq; præsto esset, & cu-
 ëta conspiceret? An fratrū exitus ignorabam,
 quos ob id Deus natus est, quia eibi male cogi-
 tauerant? Quid autē fuit cur me tna salus offen-
 deret? Spes regni? Sed regnabam. Odi suspicio?
 Sed diligebar. An ex te metus aliquis? Quin
 tni seruans, alijs timendus erā. Fortassis egestas
 causa fuit? Multo minus. Quis enim magis ex-
 pensarū habuit potestatē? Si autē omniū homi-
 num perditissimus essem, inmanisq; bestia ani-
 mum gererē, certè māsueti patris beneficijs min-
 cerer: quē, sicut in dixiſti, reduxeris, totq; filijs
 anteposueris, niuersq; regem declaraveris, alio-
 rumq; bonorū magnitudine reddideris inuidē-
 dum. O me miserū, acerbissimāq; peregrinatio-
 nem meā, q longū linori tēpus magnumq; insi-
 dianibus spatiū prabui. Sed iamē sibi pater
 enīq; rebus abierā, ne Sylleus tuam coniēceret
 senectutē. Roma mihi testis est pietatis, et prin-
 ceps

ceps orbis terra Casar, qui me patris amorem
 sape uocitabat. Accipe pater has eius literas:
 ha fictis in me criminationibus ueriores: his me
 defendo: ha affectus erga te mei argumēta cer-
 tissima. Recordare q̄ in iuris hinc malignauerim,
 laetētes in regno cōtra me inimicities non igno-
 rans. Tu pater imprudēs me perdidisti, eu com-
 pulisti ut dare accensandi rēpus inuidia. Verūm
 ad indicia uenīā. Ecce adsum, terra mariq; ni-
 hil usquā parricida perpessus. Sed nōdū me hoc
 argumēto diligas: nā ēr apud Deū, ēr apud
 te pater, condemnauē me esse scio. Condēnatus
 autē deprecor, ne aliorū tormentis fidē habeas: in
 me feratur ignis, per uiscera mea pergat instru-
 menta penarū, ne parcas scelesto corpori. Nam
 si parricida sum, tormentorū expers mori non
 debeo. Talia cū lacrymis ac eiulatu uociferans,
 ēr omnes alios, ēr Varū ad misericordiā pro-
 uocauit: solum autē Herodē, quo minus fleret,
 iracūdia cōtinebat, documētis ueris iacentium.
 Ibi autē Nicolaus, iussi regis multa de Ani-
 patti calliditate prefatus, ēr misericordia spem
 abstulit, ēr atrocissimā accusationem instaurit,
 cuncta quidē regni maleficia ascribēs: maximē
 uero fratrū interiū, quos ipsius calunijs. inter-
 fectos esse demōstrans, etiā superstitione cū in-
 fidiari quasi successionis capitolibus affirma-
 bat. Nam qui patri uenētu parasset, mulo mi-
 um a frairib⁹ abstineret. Cū autē ad uenēti
 probat

probationē uenisset, per ordinē proferebat indi-
cia, etiā de Pherora crimē exaggerās, ueluti il-
lum quoq; Antipater fratri eidā fecisset, corrū-
pisq; regis amicissimis, scelere omnē domū re-
pleuisse. Atq; ita muleis alijs dictis & pro-
baris perorauit. Varus autē cū respondere insi-
fisset Antipatru, q̄ ille nihil amplius cloqu-
tus, quām, Dei testis est innocētia mea, filiisq;
iaceret, uenenū perīt, idq; cui piam damnatorū
capitis ex custodijs bibendū dedit: eoq; statim
mortuo, quedā in secreto cum Herode sermoci-
natus, gesta in cōcilio Casari scripsit: posteroq;
die inde discessit. Nihiloq; minus rex Antipa-
tro uinculis tradito, cladis sua nuntios ad Cesa-
rem misit. Post hac Salomē appetisse insidijs ar-
guebatur. Antipater. Quidam enim ē seruis
Anephili Roma uenerat, epistolas ferens cu-
iusdam Acme nomine, ancille Iulia: quibus
ad regē scriptis, indicauerat Salomes epistola
in eis literas Iulia reperta, clām ei benevolentia
causa misisse. Ipsius autē Salomes epistolis &
maledicta in regē acerbissima, & accusatio ma-
xima continebatur. Sed he ab Antipatro erat
ficta: isq; Acme pecunia corruptā, ad Herodē
eas mittere persuaserat. Epistola enim eiusdem
muliercula ad ipsum scripta id prodidit, cuius
uerba hec sunt: Sicut uoluisti pari tuo scripsi,
& alias epistolas misi, cetero sciens, regē sorori
sua minime posse parcere, si eas recitauerit. Be-
ne au-

ne amicē facies, si consummatis omnibus, pollici-
zationum tuarū memor fueris. Hac epistola ergo
qua in Salomē sive cōposita deprehensis, regem
subiit cogitatio ne fōrē etiā Alexander falsis
epistolis fuisse oppressus: quodq; penē sororem
propriet Antipatrum occidisse, anxius erat.
Itaq; nō est ulera cūctatus, quo minus ab eo su-
meret omniū causa suppliciū: sed ne propositis
satisficeret, graui morbo impeditus est. De
Acme tamen ancilla, ergo in Salomen fictione
conflata, dedit literas ad Casarem: ac prope rea
testamēto mutato, excutit nomen Antipatris,
regemq; scripsit Antipam, præteritis Archi-
lao & Philippo natu maioribus: nam ergo hos
Antipater insimulauerat. Casari autē post alia
pecunioria munera mille taleta, ergo uxori eius
ac filiis, itēq; amicis & liberis, propè quinqua-
ginta, ceterisq; omnib⁹ agrorū et pecuniariū nō
parū distribuit, ac sorore Salomē luculentissimis
donis honorauit. In testamēto qdē ista correxit.

De aquila aurea, morteq; Antipatri & He-
rodio.

C A P . X X L

Itaq. b.
cap. 8 **M**Orbus autē ingrauecebat, qdē cū senectus
bariser ac mōror urgeret, ergo annos iam
septuaginta natus esset: ergo filiorū cladibus ani-
mū adeo habebat afflictū, ut nec bona ualitudi-
ne quicq; incūditatis admetteret. Acriorē autē
faciebat agriundinē, qdē Antipater uiueret. Hūc
enim nō obiter ergo aliud agēs, sed cū ipse con-
ualuisse

ualuerisset, cogitabat occidere. Ad has ei calamitates accidie etiā populi quidam tumultus.
 Erāt in ciuitate sophiste duo, qui summe scire leges patrias uidebātur: Et ppteret per omnē gentē maxima gloria prædicabant: Iudas filius Sepphorai, Et alter Margali Matthias. Hos non pauci adolescentiū se uocabātur, cū leges expōneret, Et in dies singulos puberū exercitiū congregabāt. Qui cū regē audissent merore ac morbo tabescere, apud notos loquebātur, opportinū iam tempus esse, ut Deus uindicaret, fabri-
 cataq; aduersus leges patrias opera destrucen-
 tur. Si quidē in templo nefas sūt, imagines, aut uul-
 tus, aut cuiuslibet animalis cognomine simulacrum habeti. Hoc propterea dicebatur, q; si-
 pra maximā portā templi aquilā collocauerat au-
 ream. Eumq; iūc monebat sophiste ut tolleret:
 pulchrū esse dicētes, etiā si quod inde periculus
 immineres, pro legibus patrys mori nō recusa-
 re: sic enim decedētibus, Et animā immortalē;
 Et bonatū rerū sentium persenerare perpetuo:
 mēnus aut̄ fortis Et sapientia sua nescios amare
 animā imperitia: magisq; morbo cupere, q; nit-
 rute defungi. Dum hæc illi differerent, tumor
 subito pernagat, regē ferè iam mori: unde etiā
 confidētus adolescenties corona adorti sunt: ipsoq;
 meridie, quā plurima multitudine uersaretur in
 templo, crassis demēsi funibus, aquilā ex tecto
 aurocā securibus abscidebāt. Quare statim re-

gis duci nuntiata, nō parua ille manus comitatus ad templū cucurrit: ex propè ad quadraginta iuvenes cōprehensos, regi exhibuit. Qui primum interrogati, an aquilā ipsi aureā cōcidere ausi essent, fecisse cōfessi sunt: deinde quo imbenie, lege patria responderūt. Cūm uero, quid exultarē tantiū, quibus mors immineret, ab his quereretur: quia post mortē bonis plurimis frui sperarēt, afferuerūt. His itaq; rex cōmotus, magnitudine iracūdia mortū superat, atq; in cōcionē pcedit. Deinde multū in eos quasi sacrilegos innectus, et qd occasione legis patriæ quādam maiora cōcessisse, uelut impios supplicio dignos esse indicauit. Populus autē meū, ne per multos quaestio iret, precabat̄, ut primū facinoris suasorib⁹, deinde in eo deprehēsis pœna subditis, cateris indignationē remitteret. Tandē igit̄ exoratus, ex ipso rex qui funib⁹ demissi erāt cū sophistis uiuos incēdi, ex reliquos q̄ uā cōprehensi sunt, obirūcādos carnificibus tradidit. Hinc totū eius corpus morbo occupatū uarijs doloribus differebat: nā febris quidē nō mediocris erat: prurigo autē intolerabilis habebat omnē corporis superficiē. Aſsiduis autē uexabatur colicis tormentis, pedesq; tanquā extit.

Antiq. li. seruus uicio tumuerat. Quin ex inflatio uenit. cap. 9 triculi, purreducq; uirilis mēlri uermiculos generās, ac praterea creber anhelitus, ex irrupia cum inspiria membrorumq; omnium cōtractio facit

fatigabat: ut qui hac ad diuinitatem referreret,
 alienem eam esse diceret sophistarū. Ille autem,
 quāvis cū tot morborū cruciatibus luctaretur,
 nūc tamē cupidus erat, ex remedīs excogitatis
 selue sperabat. Deniq; Jordanē trāsgressus, a-
 pud Calliroēn aquis calidis uebatur, que in la-
 cum seracē bituminis, qui Asphalteis uoca-
 tur, effluētes, præ dulcedine potui sunt. Ibi autē
 corpus eius, quod medicis oleo calidiori soneri
 placuerat, in soliū plenū demersum ita dissolutū
 est, ne etiā brūmina quasi mortuus resoluta con-
 queret. Deinde perturbatis q; eū curabāt, ad cla-
 moreē quidē illorū respicere uisus est. Desperata
 uero salutē, multib; quinquagenas drachmas,
 mudiāq; per unā rectoribus aeq; amicis diuidi
 iubie. Cām autē rediēs ad Hierichūta uenisset,
 aera iam bili correptus, ex penē ipsi moriū me-
 nabatur, factūq; nefariū excogitauit. Collectos
 enim eiusq; uici ex omni Iudea nobiles, in lo-
 cum cui nomē est Hippodromus, cōcludi prece-
 pit. Deinde Salome sorore ex Alexa marito
 eius ad se uocauit: Scio, inquit, moriē meā festis
 pandīs celebrauros esse Iudaos. Verū per alios
 lugeri posero, ex preclarissimos honores sepul-
 sura assequi, si que precipio feceritis. Hos uiros
 qui habentur in custodia, cū animā efflancro,
 statim milibus circūdatos occidite: ne etiā in-
 uita omnis māhi Iudea, omnuq; domus illacry-
 meret. Et simul his mādais, legatorū quos Romā

miserat, epistolae sunt allatae, quibus Acmena
ancillā Iulia iussu Caesaris interemptā, & An-
tipatrū morte damnatū esse indicabatur. Quin
& si pater eū in exilium dare malleret, id quoq;
permisisse Caesarē scriptū erat. Herodes autē par-
lulum hoc nūtio recreatus, doloribusq; rursum
nieltus (nam inedia tūsisq; pariter uioletia di-
stendebatur) fatū praeuenire conatus est: sum-
ptoq; malo, etiā cultellū poposcit: sectū enim co-
medere cōsuenerat. Deinde circūspēcto ne quis
arbiter impediret, tanq; se percutitus dexterā
fūstulit. Cūm aerō Achiabus cōsobrinus eius
accurrisset, manūq; cōtinuisset, uulnus maxime-
mus in regia stātim, quasi rex magnus, esset, ex-

Antiq. lī. citatus est. Eoq; propere audito, Antipater fit
17. cap. 10 duciam recepit: letuq; iam custodes promissa
etiā pecunia, rogabat, ut se solueret, atq; dimis-
seret: quod eorū princeps nō solū ne fieret obſtri-
xit, sed etiā regi uelociter nuntiavit. Ille autē for-
tius exclamās, q; uires agrotāris malebās, conti-
nuo satellitibus missis occidit Antipatrū: mor-
tuum q; sepeliri præcepit in Hyrcanio. Deinde
rursum corrigit testamentū, & successore qui-
dem Archelaū nam maximū Antipa fratre
scripsit, tetrarchā uerō Antipā. Post interitū
autē filij quinq; diebus exactis morit: annos qdē
trigintaquatuor, ex quo interfecit Antigonū,
regno positus: triginta uerō sep̄ē, postquam rex à
Rom. inis declaratus est. Et in alijs qdē omnibus,

secunda fortuna usus est, si quis alius. Regnū enim quod primatus sibi quiescerat, rāto conservatum tempore, filijs suis reliquit. In rebus autē domes-
tis infelicissimus fuit. Salome autē, antequā re-
sciret moriē regis exercitus, cū marito progressa,
vinclitos absoluit, quos occidi mādauerat: ipsum
dicens mutasse cōsilium. Et unūquemq; iussisse
domū dimitti. Atq; ita post horū abitum mi- Antiq..
litibus indicatur. Quibus in concionē cum alia 17. cap.
turba in amphitheatru apud Hierichunita col-
lectis, Prolemaeus anuli regis custos, quo signare
solitus erat, et fortunatū illum cœpit dicere, et
muli eudinē consolari. Relictamq; ab eo militi-
bus epistolā recitauit, in qua mulū rogabat, ne
benevolo animo successore suum fonderet. Dein-
de post epistolā testamentū legebat, in quo Phi-
lippū quidem hæredē Trachonis, proximarumq;
regionū: tetrarcham uerò, sicut suprà diximus,
Antipam: regem autē Archelaum scripsérat:
eidemq; anulū ad Cesarē ferre mandauerat, af-
signatamq; regni administrati notitiā. Omnia
namq; dispositionū suarum dominū et confirmatorē Casarem esse uoluit; cetera uerò seruari
iuxta superius testamenū. Quo perlepto, confe-
stum clamor secutus est omnium Archelao gra-
zulantium: militesq; per cuneos et populus ad-
cuneos, suamq; promittebant, Dei q; benevolentiam
precabantur. Hinc ad sepeliendum regens
operam consulterunt. Nihil autem munificentia

praeermisū Archelaus, sed omnem ornatum exulit regium in funeris pompa ducēdum. Letetus quippe totus erat gēmis auroq; distinctus. chorus autem purpura uariatus, corpusq; super eum uelatum itidem purpura. Capiti autē dia-dema erat impositū: corona uero desuper aurea, sceptrumq; indexiera, & circa lectum filij cum propinquis: preterea satellites agmenq; Thracium, Germaniq; & Galli, uelut ad bellum instruti omnes antecedebāt. Cetera uero militum manus armata, ducesq; suos ordinumq; principes sequebantur decenter. Quingenii autē seruos ac liberi odores ferebant: corpus autem per ducentia stadia portatū est in castellum Herodion: ibiq; secundum ipsum regis mandata sepulcum est. Et Herodus quidem regis hic finis fuit.

F L. I O S E P H I D E
B E L L O I U D A I C O
LIBER II.

De successoribus Herodis, & ultione direptæ au-
tex aquilæ.

CAP. I.

Antiq. li.
27. cap. II



V R B A R V M autē nouarum principium fuit. Archelao Romam proficiendi necessitas. Diebus enim septē in lugendo patrē consumptis, epulisq; fera-libus prolixè populo exhibitis (Hic autem mos apud Iudaos necessariò mulios ad inopiam re-degit;

degit: nā qui cum neglexerat, impius astionabatur) candida ueste induitus procedit ad tēplum. Ibiq; uarijs fauorib⁹ exceptus à plebe, ipse quoq; in exēlso tribunali, solioq; aureo residens, hu- manissimè uulgus admisit: ei q; & q sepulch- ram patris sedulo curauissent, gratias egū: q; quōd sibi quasi certo iam regi, magnos honores habuissene. Verūm se tñ ait non potestare solium inscrim, sed etiā ipso regis nomine tēperare, do- nec à Casare sibi confirmata fuerit successio, quā etiā testamento rerū esset omniū dñs constitutus. Idcirco enim se apud Hierichūta uolueari exer- citus restitisse, cum sibi diadema uoluisse imponere. Ceterum p alacritate ac benenolētia, aquē militibus ac populo plenā se uicissitudinē rela- zrū, si ab his quorū etiam esset imperiū, certus rex declaratus fuisset: studiūq; sibi esse, ut er- ga illos rebus omnibus patre melior appareret. His gaudia multitudo, statim eius mente magnis tētare petitionibus cœpit. Namq; ali⁹ tribura le- uari, ali⁹ uestigalia tolli, quidam solui custodias acclamabāt. Cunctis autē postulatis, in gratiam populi facile annuebat Archelaus. Deinde ce- lebrauit hostijs, cum amicū erat in epulis. Ecce autē subito post meridiē cōgregati nō pauci no- uaru rerum studioſi, ubi cōmunis luctus de repe- cessauit, propria lanēta suscipiunt, flētes eorum casum, quos propeſt abſcisam ex pora templi aquilam auream Herodes morte dannauerat.

Antiq. li. *Dolor autem non occulus erat, sed clarissimus*
 27. cap. 12 *questibus, fletuq; iusto & planctu ciuitas perso-*
nabat, mirorum causa uidelicet, quos pro templo
ac legibus patriis interisse dicebatur. Eorum au-
tem moriis pœnas, ab illis quos Herodes pecu-
nia donasset, repetidas esse clamitabant: ac pri-
mum, quem is constituerat pontificem reijcien-
dum, aliuonq; pietate prestans, magisq; purum
opari debere. Quibus etsi mouebatur Archelaus
ad ultionem, tamen eum profecitionis festi-
natio continebat, meuenie, ne si sibi multis audi-
nem reddidisset inimicā, mox eius impeditetur.
Quamobrem monendo magis quam ui experie-
batur sedare turbatos: missaq; magistro milo-
sum, ui quiescerent, eos rogabat. Sed illum sedi-
tionis autores, ubi ad templum uenit, prius quam
uerbum faceret, lapidibus proturbare: & alios
post eum mulcedi sui gratia missis, muleos enim
legabat Archelaus, iracundè omnia responde-
runt: neq; si numero aucti fuissent, otiosi fore ui-
debanter. Itaq; instante azymorū die festo, qui
apud Iudeos Pascha uocatur, plurima uichili-
marū copia plenus, infinita quidem ad templum
ex agris mulierudo religionis causa descendit:
eum illi qui sophistas lugebant in templo confe-
serent, numenta seditioni quarenies. Hoc au-
tem meru Archelaus, antequā omnē populum
morbis iste corruperet, cohoriē mulierum & tri-
binū qui etiam seditionis principes cōprehendere-

derent, eò dirigit: cōtra quos omne vulgus exci-
sariū, multos lepidum iēlibus inserfecit: sancius
uerò tribunus uix clabitur. Et illi quidē statim.
uelut nihil mali aēlū esset, ad celebranda sacra
conuersi sunt. Sed Archelao sine cede iam mul-
titudo cōprimi nō posse uidebatur: quamobrem
eōtū illis innisi exercitū, pedites per cinitatem
simul omnes, equitesq; per campum: qui cām sa-
crificijs occupatos singulas invasissent, propè ad
tria millia hominū occidunt: reliquā uero ma-
num per montes proximos disperserū. Pracones
quiē sequebantur Archelau, iussu eius unum
quemq; ut domum recedere ad morendo. Itaq;
cuncti neglecta diei festinitate, abiecti: ipse au-
cepit cū matre, neptionē Gopha, & Ptolemaeo,
& Nicolao amicis, ad mare descendit, relicto
Philippo regni procuratore, itemq; rerum fami-
liariū curatore. Una uero egressa est cū filiis suis
Salome, fratribusq; regis filiis, generq;, specie uelut
Archelao ad obtinendā successionē adiumento
fueri: certa uero causa, que cōtra leges in tem-
plum admissa fuerant, delatari. Interea fit illis
Cesarea obuiam Sabinus Syria procurator, ad
Iudeam ueniens, ad pecunias custodiendas He-
rodiū: quem ulterius progreedi Varus inbibuit,
muleis accitus Archelai precibus, intercedente
Ptolemaeo. Et tunc quidem Sabinus in gratiam
Varii, neq; ad arcas uenire properauit, neq; the-
sauros paterna pecunia clausi Archelao: sed
usq;

usq; ad cognitionē Casariū se otiosum esse polli-
 Antiq. lī. cūnū, apud Cēsaream cōmorabatur. Postea uero
 27. cap. 13. quām sibi obstatūm unus Antiochiam periē:
 alie, hoc est, Archelaus Rōmā nāvigatione, ma-
 turè profectus in Hierosolymā, regiam teneat: cu-
 stodumq; principibus, iuēm q; dispensatoribus
 enocari, ratiōnes pecuniarū discutiere conaba-
 tur, & arcēs occupare tentabat. Non tamē im-
 memores Archelai mandatorū custodes erant,
 sed in obseruādo singula quaq; perseverabane,
 causam custodie magis Casari quām Archelao
 tribuētes. Ad hoc autē Antipas quoq; de re-
 gno cerebat, posteriore superius Herodis testa-
 meneum firmius esse defendens, in quo rex ipse
 Antipas fuerat scriptus: eiq; se tam Salome
 quām muli alijs cognati, qui cū Archelao na-
 nūparant, suffragio fore promiserant. Ducebas
 autem secum matrem, fratremq; Nicolai Ptole-
 maicum, in quo pro fide apud Herodem probata,
 nonnihil uidebatur esse momēti. Namq; illi fue-
 rat amicorū charissimus. Oratori autem Irenaeo
 proprie dicēdi acrimoniam plurimū confidelbat:
 unde etiam qui se monuerat, ut Archelao pro-
 atasis merito & secūdi restamēti uoluntate ce-
 deret, audiendos esse nō censuit. Roma uero mi-
 grauerunt ad eum cunctorū studi & propinquorū
 quibus innisus erat Archelaus, quiq;
 pricipiē liberi omnes suiq; iuris esse cupiebant,
 & aūs Romano magistrati administrari, aū si
 hoc

hoc non impeirarent. Antipam regem habere.
 Ad hoc etiam Sabini ope nitiebatur Antipas,
 qui Archelaū per epistles accusaneras apud
 Cesare, Antipam uero multū laudauerat. Itaq;
 digesta crimina Salome & ceteri qui cū ea sen-
 siren Casari tradiderūt, & post eos Archelaus
 gestorū suorū prescripta capitula, patrisq; anu-
 lum per Ptolemaum, rationesq; administratio-
 nis intromisit ad Cesarem. Ille autē secum pre-
 meditans ea que ab utraq; parte diccerentur, ubi
 & regni magnitudinem, multitudinemq; redi-
 tuum animaduerit, atq; insuper Herodis fami-
 liam numerosam, perleclis etiam Vari ac Sabini
 liceris, optimates Romanorū ad cōciliū vocat,
 in quo iunc primū ex Agrippa ac filia sua na-
 tum Caium sedere iubet, filium adoptiuū : atq;
 ita partibus prosequendi copiā dedit. Igitur Sa-
 lomes filius Antipater (namq; is erat orator
 accerrimus eorū qui aduersabantur Archelaū)
 accusationē proposuit, insimulans Archelaum,
 quasi uerbis quidē de regno uidetur cōtende-
 re, re autē uera iamdudum rex esset effectus, &
 apud aures modò Cesaris cauillaretur, quē indi-
 cem successionis expectare noluisse. Nam post
 Herodis mortē, qnib[us]dam ut diadema sibi im-
 poneret subornatis, regis cum more in solio an-
 treo residentem, partim ordines militiae permu-
 tasse, partim cōdonasse promotiones : & insuper
 his omnia annuisse populo, qua uelut à rege
 impetr

imperanda petisset: maximorumq; reos criminum, quos pater suus ministerat, absoluisset: qui cum ista fecisset, modo regni umbram a domino postulauerit uenisset, cuius sibi corpus ipse rapuisset, ne non rerū, sed nocabiliorū donum esse Cesare demonstraret. Ad huc ei, quod etiā lucetum patris assimulasset, obieciebat: cum interdū quidē personam coponeres in morore, nocturno ad commissiones usq; posaret. Deniq; seditionē vulgi ex hsc indignatione conflata esse dicebat. Totius enim orationis sue uires, eorum multitudine qui circa tēplum casū fuerāt, astruebat. Hos enim ad diem festum quidē uenisse: ad hostias uero, quas ipsi macilendas nenerant, crudeliter esse ingulatos: tantumq; in templo funerum esse cōgestum, quantū nullum ab exterris illarum bellum implacabile congeſſisset. Itaq; huīus crudelitatis Herode praefcio, ne spe quidem regni unquam eum dignū esse uisum, nisi cum sana mēris inops erat, animo dexterius agrotanee quam corpore, & quem in secundo testamento successorē scriberet, ignorabat: præsertim qui priore testamento successorem scriptū incusare nihil posset, quod incolunt corpore, omnīq; uitio purgata mente fecisset. Ut samen quis firmius esse ponat morbo laboraēis arbitriū, ipsum se Archelaū abdiōsse regia dignitate, multis in eam cōtra leges admis̄is. Nam qualem fore si acciperet à Cesare principatū, qui antequā accipet,

peret, tantū populum peremisset? Multa in hūc modū prosecutus Antipater, muleis ex numero circumstantium propinquorū in singula crimi- na testibus exhibitis perorauit. Surrexit autem Nicolaus defensor Archelai, & ante omnia cedens in tēplo necessariō factam esse perdocuit: non quorū necis argueretur, non regni solum, sed etiam ipfius iudicis, id est, Cesaris hostes suis- se: aliorū autem criminum suosores aduersarios ipsos demonstrauit. Secundum uero testamētum idcirco ratiū manere postulabat, quod Herodes in eo successoris suis firmatorem Cesarēm consti- tuisset. Nam qui eaneum saperet, ut rerū domi- no potestate sua cederet, nec unquam in hereditate errasse iudicio, sed sano corde quem constitueret elegisse, qui per quē constitui debaret non igno- rauit. Cum autem omnibus exposuis, etiam Nicolaus perorasset, in medium progressus Arche- laus, ad genua Cesaris accidit oxyus. Quo per- benignè Cesar eiecto, quod paterna quidem suc- ceSSIONE dignus esset, ostendit: certum uero nihil pronunziauit. Sed illo die dimisso concilio, se- cundum ipse de cognitis deliberabat, utrum ex his qui testamento continerentur, aliquem regnū oporeceret constitutū successorem, an icti familie distribuit principatum. Multitudine enim perso- marum egere subsidio uidebatur.

De pugna & strage Hierosolymis inter Iudeos &
Sabinianos.

CAP. II.
scd

Antiq. li. **S**ed antequā de his quicquam flaueretur à
 17. cap. 14. **C**esare, mater Archelai Malhace morbo
 correptis moritur. Et naria litera de Syria per-
 late sunt, Iudeos defecisse nuntiantes: quod Va-
 rus fore prospiciens, in Hierosolymam postquam
 Archelaus nauigarat, ascendit, ut incētores se-
 ditionis prohiberet. Et quia multitudo cessa-
 ra nō videbatur, ex tribus quas ex Syria dux-
 era secū legionibus, una in ciuitate reliquis: atq;
 ita in Antiochiam ipse remeauit. At Sabinus
 cùm postea in Hierosolymā uenisset, causas no-
 uarū rerū Iudei prabuit: modò uim custodibus,
 ut sibi arces traderet, adhibendo: nunc malignè
 regis exquiendo pecunias. Non autē solis relictis
 à Vario malitiis fatus erat; sed etiam ser-
 uorū suorū multitudine, quos etiā omnes arma-
 tos auaritia ministros habebat. Festo autē quin-
 quagesimo die, que Pentecoste à Iudeis uocatā,
 septies sepiē diebus exactis rediens, ex eorū nu-
 mero uocabulū naclā, non religionis solennitas
 populum, sed indignatio congregauit. Deniq;
 concursus infinite multitudinis ex Galilee,
 itemq; Idumaea & Hierichunte, transq; Jordani-
 nem posuis regionibus, factus est: cùm indige-
 na ex ipsa ciuitate populus Iudeorū, & numero
 simul & alacritate præstaret: & tripartita ma-
 nu terna castra collocauerūt, una in septentrio-
 nali regione iēpli, altera in meridionali Hippo-
 dromū uersus, terriaq; in occiduo prope regiam
 stractu.

traetū, circū se fōsosq; Romanos undiq; obfidebār.
Sabinus autē muleitudine pariter, eorumq; spi-
ritu perterritus, crebris quidem Varum nuntijs
precabatur, ut quām mature ferret auxilium,
quasi occasione delēda legione, si quid more in-
teruenisse. Ipse uero in aliissimā castelli sursum,
qua Phasclua vocabatur, cuadis, fratriis Hero-
dis cognominē, quē Parthi necauerūt. Hinc le-
gionarij ut in hostes irrueret, signū dabat. Nā
prae timore nec ad eos quibus ipse praerat, de-
scendere audebat. Eius autē praecepto milites
obedientes, in cōplum uolant, uehementiū; cum
Iudeis pugna cōfigunt: in qua diu nemo desu-
per adiuuaret, imperitos belli peritia supera-
bār. Postea uero q̄ multi Iudei porticibus oc-
cupatis, à uerice telis eos appetebant, plurimi
concerebantur: et neq; ex alto iaculāres ulcisci
facile poterār, neq; cominus dimicātes serebāt:
ab utrisq; tamen afflīcti succendunt porticus,
opere, magnitudine atq; ornati mirabiles: ibi q;
eum muli flāma subito cōprehēsi aut ea cōsu-
mebātur, aut in hostes desiliētes ab ipsis occide-
bātur: ali⁹ retrorsum cedētes precipitabātur ex
muro: nōnulli desperata salutē, incēdij periculū
suis gladijs praueniebār. Quij tamē ex mōnib⁹
obrepēdo in Romanos fecissent impetu metu at-
toniti nullo negotio subigebātur, donec omnib⁹
aut interēpiis, aut timore disiectis, ihesuero Dei
defensoribus destituto manus milites attulerūt.

Cx l. ex eo salēta diripiueret: quorū que fūrō
sublata non sunt, conquisuit Sabinus. At In-
daos muleos plures, magisq; pugnaces, tam uiro-
rum quā opū interitus in Romanos conteraxit.
Obsessaq; his regia munirabātur exitiū, nisi quā
primū inde secederent: Sabino, si uellet, una cū
legione abeundi copiam pollicētes. Quibus opī
tulabātur regiorum plurimi, qui ad eos sponte
transfugerant. Pars tamen bellicosior erat, Se-
bastenorū tria millia, hisq; Rufus & Graues
preposui, unus peditū rector, at uero equitum
Rufus: quorū uerq; ui corporis atq; prudensia,
et iā si nullam manum obedientiē haberent, ma-
gnum tamen momentū belli Romanis addidis-
sene. Itaq; Iudei quidē instare obsidioni, simul
& castelli mœnia iūtanee, & ad Sabinū cla-
mantes ut discederet, neu impedires habituros
tanto post tēpore patriam libertatē. Sabinus an-
tem quamvis optaret evadere, fidē tamen polli-
citionibus nō habebat: sed eorū lenitatē, infi-
diarū esse illecebrā suspicabatur: simulq; auxi-
liū Vari sperās, obsidionis periculū perferebat.

Aniiq. li. Eodē tēpore per Iudeā plurimis locis tumultus
17. cap. 5 erat, muleosq; ad regni cupidinē tempus impo-
lerat. Nam in Idumaea quidē duo millia uer-
anorū, qui sub Herode militauerāe, cōgregati,
armiūq; instructi cū regijs decertabant: quibus
Achiabue regis eosobrinus, ex uiciis muniri-
simis repugnabat, campes tre praliū declinando.

In Sephoriantē Galilae, Iudas filius Ezechie
 laeronū principis, ab Herode quondam rege ca-
 pti, qui tūc illas regiones naſtauerat, non parva
 multitudine collecta, rupicq; regūs armamenta-
 rūs, & omnibus quos circa ſe habebat armatis,
 contra potētia cupidos manus monebat. Trans
 fluens quoq; Simon quidā ex regūs ſervis, pul-
 chritudine ſimul ex naſtitate corporis fretus,
 impoſitio ſibi diademate, cū laeronibꝫ quos co-
 gregauerait ipſe circuēs, & apud Hierichunea
 regiā, & multa alia magnifica diuersaria igne
 corrupit, facile ſibi pradā ex incendio cōparās.
 Omnesq; habitationes, in quibus aliquid deco-
 rris erat, cōcremasset, niſi Grauius regiorū pediū
 rector, ex Trachone sagittarios, itēq; Sebaſteno
 rū pugnacißimos ducēs, pperasset occurrere. Vbi
 pediū quidem in pugna mulei cōſumpti ſunt:
 ipſe autē Simonem compendio pranenit, ardua
 malle fugientē, et ex traſuerto percuſſum in cer-
 uice deiecit. Incenſa ſunt autem & quacunq;
 Jordani proxime fuerunt ſedes regia, apud Be-
 thantes, quorundā aliorū manu cōflata ex lo-
 cis ulterioribus. Tunc enim paſtor quidam, cui
 nomen Aethrongens, regnū affectare aſſuſ est:
 quod ut ſperaret, ui corporis animaq; fiducia
 morem contemnitis impulsus eſt. ac preterea
 fratru quænor ſibi ſimiliū robore, quorū ſingu-
 lis tanquā ducibus ex ſacrapis attributa manu
 armatorum, ad incurſus uebatur. Ipſe autem

ueluti rex maiora negotia procurabat. Et tunc
quidē etiam diadema sibi imposuit. Non paruo
autē post tempore, cum fratribus suis naſtando
territoria, ex occidente precipue Romanos, itēq;
regios persequerantur: cūm nec Iudaorū quisquam
effugere, qui lucrum aliquod ferens uenisset in
manus. Tusi sunt etiam apud Ammaniacem
reperciunt Romanorū agmen circumuenire, qui
frumenta legioni atq; arma portabā. Vbi Arriū
quidē centurionem ex quadraginta fortissimos
iaculis consecere: caseri uero in eodem periculo
constitueri, auxilio Grati qui cum sebastenis
aduenit, clapsi sunt. Muliis in hunc modū con-
tra indigenas, itemq; alienigenas per omne bel-
lum gestis, post aliquod tempus tres ex his com-
prehensi sunt: nam quidem maximus ab Archelao, duo uero qui aetate sequebantur, in manus Grati ac Ptolemais delati. Nam quartus
Archelao pactione concessit. Sed hic finis eos
postea secutus est. Tunc auecum latrociniali bella
cunctam inflammabant Iudeam.

De Vari gestis circa Iudeos crucifixos. CAP. III.

Antiq. lī. 27. cap. 16 **V**erius autē acceptū Sabini ex principiū
literis, toti legioni mesuēs, opem his ferre
properabat. Itaq; cum duabus reliquis legioni-
bus, ex quaenor alis equitum, in Ptolemaida
profectus, eōdem regum atq; optimatum auxi-
lia conuenire iussit. Ad hac à Berytiis etiam,
cūm per eorum transire oppidum, mille ex
quinq;

quingentos accepit armatos. Vbi uero in Ptolemaide tam catena manus auxiliorū, q̄ propter Herodis inimicitias. Aretas rex arabū non cū exiguo numero equitū pediuumq; peruenit, sed tam exercitus parvus in Galilæā, qua Ptolemaidi propinquā erat, dirigit, amici sui Galli filio his rectore proposuo. Qui mox & aduersus quos ierat, omnes in fugam uertit: & Sephorii ciuitate capta, ipsam quidem incendit, incolas uero eius seruitio subiugavit. Varus autē ipse cum omni exercitu Samaria potius, ciuitate quidē abstinuit, q̄ in eis aliorū turbas nihil eam mouisse deprehēdit: castris autē ad uicum posuit, qui appellatur Arun, Ptolemai possessionem propterea direptā ab Arabis, qui & amicis Herodis infensi erant, inde ad Sapho propredetur, aleterū uicū entissimū: quē simulier, omnesq; reditus ibi repertos depopulati sunt. Credis autē ignisq; plena erat omnia, nec predationi Arabum quicquam obstat. Exulta est & Ammanus iussu Vari, necem Arij catrorumq; indigne scerentis, habitatoribus eis fuga dispersis. Hinc progressus ad Hierosolymā cum exercitu, solo uisu Iudaorū castra disiecit: & alijs quidē per agros abiecte fugientes: qui uero intra ciuitatem degebāt, suscepito eo, seditionis causas in alios conferebat, nihil quidē se penitus monuisse dicentes, sed propter diem festum receptionem necessariò multitudinem, in ciuitate obfessos esse

potius cum Romanis, quā cum dissidentibus cōspirasse. Ante uero obniam ei uenerant Iosephus, Archelai consobrinus, & cum Grato Rufus, ducētes exercitū regium, & Sebastenos, & Romanos milites ornatos habitu cōsuero. Sebinus enim nec in os Vari uenire passus, iam dudū ex cinitate ad mare discesserat. Varus autem dissipitū aduersus autores tumultus per agros dimisit exercitū: mulierēs sibi exhibitis, quos minus turbulētos innuenisset, custodia era didit: maximē uero nocentū propè ad duo milia cruci suffixit. Adhuc autē circa Idumeam supercresse decē armatorum milia nummato, confessim Arabas domum abire iubet: q̄ eos non auxiliantiū more uti militia, sed pro sua libidine, & supra quam ipse uelle, agros uabare perspexit: suis autem comitatus agminib⁹, in aduersarios properabat. Verū illi se Vero prius quā in manus ueniretur, Achiabi confilio trididerunt. Varus autē multitudini uenitata, duces eius interrogando misit ad Cesarē. At ille cùm ignouisset ceteris, in nonnullos regis cognatos (erant enim quidam inter eos Herodis propinqui) animaduerit, q̄ omnino contra regem suū arma cepissent. Varus autem hoc modo rebus apud Hierosolymam compositus, eademq; legione, qua dudum in praesidio cinitatis fuerat, ibi relicta. Antiochiam rediit.

De ethnarcha Iudeorū instituto. CAP. IIII.
Roma

Rome autem Archelao alia rursus cum Antiq. li
Iudeis causa cōfusa est: qui ante seditionē 17. cap. 1:
permisso Vari, legati exierant, ius gēti sua libe-
ruon petituri. Erāt autē numero quinquaginta
qui uenerant, & astabant eis plus quam octo
millia Iudeorū Roma degentium. Itaq; conuo-
cato à Cesare optimatum Romanorum amico-
rumq; cōcilio in Palatini Apollinis tēplum,
quod prīnacū ipfius erat edificium admirandis
opibus exornatū, multitudo quidē Iudeorū cō-
stituit cum legatis, cōtraq; Archelaus cū ami-
cis. Cognatorū autem amici ab utraq; parte se-
creti erant: nam & cū Archelao stare proprie-
odium atq; inuidiā recusabant, & cū accusa-
toribus confisci pudore Cesaris prohibebātur.
Iner quos erant etiā Philippus Archelai fra-
ter, beneuolo animo duabus ex causis premis-
sus à Vero, ut & Archelao subueniret, & si
regnū Herodis nepotibus eius distribui placu-
set, partē aliquā mercretur. In his autē accusa-
toribus exponere, quā nā cōtra leges fecisset He-
rodes: primū non se regē, sed omnū qui usquam
fuissent, tyrannorū crudelissimū tolerasse dice-
bā. Deinde multis ab eo trucidatis, ea pertu-
lisse superflites questi sunt, ut beatores moreui
pniarentur. Nō enim tormentis solū cum lace-
rassse corpora subiectorū, sed etiā gentis sua ci-
uitatibus deformatis exteris ornatuisse, popu-
lisq; alienis Iudeas sanguinem condonasse. Pro-

antiqua uero felicitate ac patriis legibus, nationem suam tanta egestate simul ab eo atq; ini- quitate repletam, prorsus ut plures ex Herode paucis annis clades sustinuerint, quā omni anno maiores sui, postq; ex Babylone discessere, per- pessi sunt, Xerxe iūc regnāe ad discordias cō- citati. Verū se etiam ad modestiā ex aduersa fortune consuetudine pfectisse, ut etiā successio- nem uoluntariā acerbissima seruientis subiret: qui & Archelaū tanti tyranni filiū, patre mor- tuo regē appellassent nihil morati, & una cum eo luxissent morte Herodis, ac pro eius succe- sōre uota celebrassent. Illū autē quasi metueret, ne nō certus eius filius uideretur, à cede trium nullum ciuiū regni sumpfisse primordia: & quia principatum meruerit, tot immolasse Deo hominū uictimas, tot sexto die tēplū cadaveri- bus impleuisse. Reclē igitur eos qui de rācis ma- lis superessent, aliquando respexisse calamitates suas, & belli lege cupere vulneribus excipiēdis ora præbere: atq; ab Romanis precari, ut Iudeas reliquias misericordia dignas existimatēt: nēne quod ex ea natione restaret, his obijceret, à qui- bus crudelissimè lacerabatur: sed patriā suā cō- iungi Syria finibus, ac per indices Romanos ad- ministrari decerneret: hoc enim modo probatū iri, Iudeos qui nūc ueluti turbulēti ac belli ca- pidi reprehēduntr, moderatis rectoribus obe- dirē nosse. Inde corum quidē accusatio eis modi
peccati

permissione conclusa est. Cū autē surrexisset cōrā
Nicolaus, primū criminibus qua in reges erāe
 proposita, dissolutis, rationē capite arguere: quia
 neq; gubernari facilis esset, naturaq; regib; nix
 pareret: unā etiā propinquos Archelai, qui se
 ad accusatores cōtulerāt, insimulabat. Sed cum
 quidē partibus Casar auditis, cōueniū direxit.
 Paucis autē diebus pōst, mediā regni partē sub
 ethnarchie nomine dedit Archelao: etiā regē,
 si se dignū prabnisset, facturū esse pollicitus. Re-
 liquā uero dimidiā in duas retrachias diuīse,
 duobusq; alijs Herodis filijs attribuit: unā Phi-
 lippo, alterā Antipa qui cū Archelao de re-
 gno certauerat. Huius parti cesserat irās flumē
 regio, & Galilea: quarum ducentia talentia redi-
 ens erant. Batanaea uero & Trachon, & Au-
 ranitis, & quadā partes domus Zenonis, circa
 Iamiam, Philippo destinata sunt: qua salēso-
 rū ceniū reditus ministrabant. Archelai uero
 ethnarchia Idumeam, omnemq; Iudeam,
 & Samarian habebat quartā tributorū parte
 leniam, pro munere quia nō rebellasset cū ca-
 scris. Ac ciuitates quibus imperaret ei tradi-
 ta sunt, Siratōnis pyrgus, & Sebaste, & Zoppe
 & Hierosolyma. Ceteras autē, Gazam & Ga-
 daram & Hippō, regno annulsa. Syria Casar
 adiecit. Erant autem reditus Archelai, qua-
 draginta talentia. Quin & Salomen prae illa,
 que testamento regis ei relicta erant, Iamnia

dominam, & Azoti, & Phaselidis idē Cesar constituit: regiamq; apud Ascalonem largitum est: ex quibus omnibus talentorū sexaginta reditus colligebantur. Domū uero eius ethnarchia subdidic Archelai. Quum autem caecris quoq; Herodis propinquis testamento relictæ solnisset, duas eius filias uirgines ex irinsecus quingentis nullibus pecunia donauit: easq; nuptrum Pherora filijs collocavit. Diverso autem Herodis patrimonio, etiam sibi relictas ab eo factulesses ad mille talenta eis distribuit: exceptis suo nomine quibusdam rebus uilissimis propter honorem defuncti.

De subditio falsoq; Alexandro eoq; depreheso. C. V.

Antiq. li. **I** Nearea quidā iuueniū natione Iudeus, apud 17. cap. 18 **I** quendā libertinū Romanorum in Sidoneiorū oppido educatus, illum se forma similitudine, quē Herodes necauerat, Alexandru esse mentiens, fallē di spe Romā uenit. Huius autem facinoris habebat sociū quendā gentilem suum, omnes regni actus opime scientē: à quo instruetus, affirmabat eorum se misericordia, quā suis atq; Aristobuli occidendi causa missi fuerār, similibus corporibus subditis, morti esse subrepitos. Deniq; his mulios iam Iudeos se fellerat, in Creta degentes: ac liberaliter illic accepens. Melumq; inde transmissus, ibi q; ampliore queſtum cumularius, etiā hospites suos magna uerisimilitudine Romā secum nauigare pellecerat. Postremo

strenuo declatus Dicearchiam, muleisq; muneri-
 bus ab Iudeis eius loci donatus, quasi rex à pa-
 ternis amicis deducebatur. Ad hoc enim fidei
 processerat forma similitudo, ut qui Alexan-
 drū illū uiderant, planeq; non erāt, hunc cū esse
 iurarente. Ignor omnes etiā Roma Iudei, uisendō
 eius studio circumfusi properabant: & infinita
 muleiudo per uicoru angustias, quocunq; fere-
 batur, cōueniebat. Tāta namq; dementia multos
 ceperat, ut illuam sella portaret, ac regale obse-
 quia proprijs ei sumptibus exhiberent. Sed Ca-
 sar Alexandri uulnū optimè sciens (accusatus
 enim apud eum fuerat ab Herode) & si prius
 quā uideret hominē, fallaciā similitudinis ad-
 uerterat, hiliori tamē animi spei nonnihil in-
 dulgendū putarit: & Celaduon quendam, qui
 Alexandrum bene cognosceret, misit, ut ad se
 adolescentem deduceres. Qui illo conspecto, sta-
 tim persona differentiam conjectura deprehē-
 dit. Maximē uero, ubi corporis eius duritiam,
 & feruilem formam consideravit, intellexit o-
 mne commenium. Valde autem commotus est
 dictoru eius audacia: de Aristobulo enim per-
 conatibus, saluum quidem illum esse comme-
 morabat: consuleo uero non adesse, quia apud
 Cyprum degere canendo infidias: minus enim
 se circumueniri posse disuictos. Itaq; ab alijs
 ei separato uitam dixit à Casare primum
 fore: si ranta fraudis prodiisset ansorem. Id

anciem

autem se facturū ille pollicitus, ad Cesarem sequitur: *C*ur Iudaū indicat, qui forma sua similitudine abusus esset ad quaestū. Tanta enim dona ex ciuitatibus cū singulis abstulisse docuit, quanta uimus Alexander non accepisset. Risus his Cesar, *C*um falsum quidē Alexandrū, proper habiendinē corporis, remigum numero inservit, suasorem uero eius interfici iussit. Melius autem sumptuum decrincendum pro amoenitate pretio satis esse indicavit.

De Archelai exitio.

C A P . V I .

*A*ntiq. li. *E*thnarchia uero suscepit, memor discor-
17. cap. 19 dia superioris Archelaus, non solum Iudei, sed etiam Samariēsibus crudeliter abusus est. Nonoq; principatus sui anno legatis contra se ab uerisq; ad Cesarē missis, ipse quidē in exiliū pellitur Viennam Gallie ciuitatē: patrimoniū uero eius fisco Caesaris adiudicatur: quē quidem prius quā enocaretur ad Cesarē huiscemodi somnium uidisse cōmemorare: Nonens spicas plenas *C*um maximas à bobus comedī somniauerat: accitos deinde uates Chaldaorūq; nō nullos, quidnā illo putarene indicari somnio, consuluerat. Alijs autē aliter interpretāebus, Simon quidam Essenus genere, dixerat spicas annos arbitrari, bovesq; rerū mutationes: eo qd agros arādo uerteret ac mutarēt. Ideoq; regnaturum quidem illū esse eorū annos, quae significasse numerus aristarū: uarias autē rerū mutationes

sationes expertū, esse morienturum. Hisq; auditis,
Archelaus quinq; diebus post ad causam di-
 cendam est euocatus. Dignū autē memoria dux-
 xi, etiā coniugis eius *Glaphyre somnium*. Ar-
 chelai filie Cappadocū regis, referre: quād cūm
Alexāder prius habuisset uxorē, frater huic
 de quo loquimur, Herodius filius regis, à quo ille
 imperfectus est, sicut iam designauimus, post il-
 lius mortē tuba regi Libya nuptā, eoq; defun-
 eto domū reuersam, domiq; apud patrē in ui-
 duitate degentē, Ethnarches Archelaus ubi
 conspexit ad hoc amoris accensus est, ut cā sta-
 sim repudiata cōuge sua Mariamne, sibi copu-
 lare. Hac igitur brevi tempore postquam in Iu-
 deam rediit, uidere uisa est superstancem sibi
Alexandrū dicere: Satis fuerat tibi Libycum
 matrimonium: sed tu illa non contenta, rursus
 ad meos penates reverteris audīssima uiri ser-
 tū. Et quod granus est, mei fratri iuncta ma-
 trimonio. E quidem non disimulabo concerne-
 liam, seq; licet inuitam recuperabo. Atq; hoc
 exposito somnio, nix biduum supermixit.

De Simone Galilæo, de tribus sectis apud Iu-
 daeos.

CAP. VII.

Igitur Archelaus finibus in prouinciā rediit. Antiq. li-
 etis, procurator Coponius quidam eques Ro- 18. cap. 11
 manus mussus est, ea sibi à Cesare potestate man-
 data. Hoc discepitare, Galilaus quidā, Simon no-
 mine, defectionis arguebat: quia indigenas
 increpa-

increparet, si tributū Romanis pēdere paterentur, dominosq; post Deum ferre morales. Erat autē propria secta sophista, nulla in re similiis alijs. Etenim tria sunt apud Iudaos genera philosophiae. Horū unū Pharisei profecti, alterū Sadducei, tertius uero, quod etiā probabilius habetur. Esseni colunt, gente quidē Iudei, uerū inter se mutuo amore coniunctissimi: Et qui prater ceteros noluerates quidē quasi maleficia uitarent: continentiam uero servare, neq; cupiditati succumbere, virtutē maximā duceret. Itaq; nuptias quidē fastidiū, alienos uero filios, dum adhuc molles sunt, eruditioni traditos, pro cognatis habentes, suis moribus diligenter instruunt: nō quia cōiugia uel huonani generis successionē censeat perimendā: sed quia canendā putet intemperantiā foeminarū, nullā eorū ueniro fidē fernare credētes. Quād dīnītarum contēptores sunt, rerumq; apud eos cōmunicatio admirationi habetur, neq; inuenias aletri alterū opulentia praestare: legemq; sibi dixerūt. ut qui disciplinā suā seclari uellent, bona cōuenientio publicarēt. Ita enim fore, ne uel paupertatis humilitas, uel dīnītarū dignitas appareret: sed permixtis facultatibus, uelut inter fratres, unū esset omniū patrimoniu. Probro autē ducunt oleū, Et si quis uel iniucus uictus fuerit, munditijs corpus abſtergere: quoniā squalore decorē putant, dūmodo semper in ueste sint cādida. Designatos

signatos autē cōmuniū rerū procuratores ha-
bent, & ad usus omniū singulos indimisos. Non
est autem illis una cīuitas certa, sed in singulas
muli domicilia trāsferunt: & aliounde adne-
mientibus secta sua professoribus, quicquid ha-
beant promptū exhibene quasi propriū. Deniq;
tanquā cōsuetissimā ad eos ingredinuer, quos
nunquā antē widerūt. Hinc est, q̄ cūm peregri-
nantur, propter latrocinia tantū armātur, neq;
praterea quicquā ferūt. In singulis autē cīuita-
tibus, ex eodē collegio specialis curator hospitiū
constituitur, qui eorū ueſtimenta catenaq; usui
necessaria tneatur. Amictus autē cultusq; cor-
poris omnibus pueris, in metu & sub cura ma-
giſtri agentibus, par est. Nec herò ueſtiliū sine
calceos mutāt, nisi aut omnino cōſcīſis priori-
bus, aut longi ēporis uſu cōſumpiis. Nihil au-
tem inter se mercantur aut uendunt: sed egēti
quisq; quod habet prabens, refert ab eo quod
ipſe nō habet: quamuis etiā ſine permutatione
cunctis libera ſit facultaſ, à quibus libuerit ac-
cipiendi quod opus ſit. Pracipue circa Deū re-
ligiosi ſunt. Namq; autē ſolis ortū nihil profani
loquuntur, ſed ei patria quadā uota celebrant,
quasi ut oriatur precātes. Deinde ad quas uen-
erunt singuli arietes, à curatōribus dimittuntur.
Cumq; ad horā quinā studioſe fuerint operati,
rursus in unū congregantur: hincq; praecincti
uelaminibus, ita corfus aquis frigidis ablunt.

Aiq;

Atq; hac illustratione facta, in eadem secreta
 coēunt, quo nemānē alterius secta hominē aspi-
 rare cōcessum est, ipsiqs purificari, uelut in san-
 ctum quoddā templum in cōnaculū uenire:
 quibus ibi cū silentio residētibus, pīstor quidē
 panes ordine, unū autē uasculum ex uno pul-
 mento singulis cocis apponit. Deinde uoce ci-
 bum sacerdos anteuuenit: neq; gustare quenquā
 fas est, nisi prius Deo celebretur oratio. Post si-
 nem quoq; prandū uota reperiūt. Num ērū cūm
 incipiunt, ērū cūm desinūt, quasi datorē uictus,
 Deum laudibus canūt. Tunc ueluti sacris illis
 depositis ueſtimēti, in opere usq; ad uesperam
 uerfanent. Similiterq; inde remersi caenāt, cōfe-
 dentibus etiā hospitibus, si quos fore ē interne-
 nisse repererint. Neq; uero clamor unquā teclū
 illud, neq; tumulus inquietat: cūm etiā loquēdi
 ordine alijs alijs cedāt: eorumq; silentium, extra
 teclū consternis arcanū quoddā uideatur ue-
 nerabile. Cuius quidem rei perpetua sobrietas
 causa est, quodq; apud eos edēdi aut potādi mo-
 dus sacuritate definitur. Sed quānis aliarū rerū
 nihil sine praecepto faciunt curatoris, tamē in
 his duobus, hoc est innādo et miserēdo sui iuris
 sunt. Num ērū subuenire dignis, cū opus est, suo
 arbitrio cuiq; licet, ērū indigētibus alimēta por-
 rigere. Sane cognatis dare aliquid sine curato-
 ribus, interdictum. Iidē iracundia moderatores
 iusti sunt, indignationē cohibent, fidē cuenit,

paci

pacis obsecundat: ex omne quod dixerint, iure-
 iurando fortius habent. Ipsum autem iusurandum
 quasi periuio deterius uitant. Iam enim men-
 dacij condemnatus arbitratur, cui sine Deo non
 credunt. Si omnes autem studiis veterum scriptis
 adhibent: ea maxime inde, que anima ex cor-
 pori expediant eligentes. Hinc illis morborum re-
 media, stirpes medica, quamque vim propriam sin-
 guli lapides habeant, rimatis conquiruntur.
 Secta uero sua studiosis non statim cum eis una col-
 lectio: sed per annum integrum extrinsecus cōmo-
 ranti cuique eundem uictus ordinem tribuit: Do-
 labellam quoque. ex quod predicium est perizoma,
 ex albâ uestem tradidit. Cum uero processu tem-
 poris experimentum continentia dedebit, accedie
 etiam ad communem cibam: ex purioribus, ob castifi-
 cationem scilicet, aqua participat: neque tamen in
 conniictu assumitur. Post ostensionem quippe con-
 tinentia, duobus annis alijs mores eius proban-
 tur. Cumque dignus apparuerit, tunc demum in con-
 foreium assumitur. Prius uero quod incipiat cōmu-
 nem habere cibam, magnis execrationibus adiu-
 rat se primu[m] quidem colere Deum, deinceps quoque
 orga homines servare instiit, ex neque propriis
 sponte nocere cuiquam, neque ex precepto obesse:
 quin immo iniquos omnes odisse: ex collaborare
 semper iniustiae sectatoribus, fidem omnibus ser-
 uare, maximu[m] uero principibus. Neque enim
 absque molumenta Dei, cuiquam posse principatus

potentiam cōtingere. Si uero ipse ceteris prefis,
 nunquā se abusurū viribus possetatis ad con-
 sumeliam subiectorū sed neq; ueste aue ambie-
 so aliquo ornatu reliquis omnino, ueritatem sc̄a
 per diligere, et habere proposum convincere
 mentientes. Manus uero à fureo, et anima pre-
 ram seruare ab iniustis cōpendijs: et neq; alio-
 quid de mysterijs cōseclanteos celere, neq; pro-
 fanis eorum quippiā publicare, etiā si iniūcata
 quispiam morte cōpellat. Super hec autem ad-
 dune, nihil se de dogmatibus aliud quā ipsi su-
 sceperint tradere. Fugere aquem larocimia, et
 conferrari ire simul et dogmatis sui libros et
 angelorum nomina. His quidē execrationibus
 explorant, et quasi præmuniunt accedentes. De-
 prehensos uero in peccatis à sua congregatiōne
 depellunt: et qui iūliter fuerit condonatus, mi-
 serabili plerūq; morte consuantur. Illis quidē
 sacramētis ac riūbus obligatus, neq; capere ab
 alijs obliuī cibū potest: herbas uero pecudū mo-
 re decerpens, et fama excessus per membra cor-
 rumpitur. Ob quod estā plurimos plerūq; mi-
 serari, exirentū spiritū agenes repperunt: suffo-
 ciantem pro peccatis eorū qua usq; ad morem
 adduxerit, pœnā luisse censētes. In indicijs ue-
 ro sine diligētissimo arti: iniustissimo. Discepēas
 autē nō minus quā ceneū in uī coacti: quod
 autē bis decreū fuerit, immobile manet. Vene-
 ratio quoq; apud eos post Deū magna legisla-
 toris

coris est: ita ut si quis cum blasphemauerit, morte
dametur. Senibus vero obedire ex plurimis quo-
rumque decreto, probabile arbitratur officium. Cum
simul denique federint decem, nullus unus nouem
loquitur iniuris. Expiare quoque in mediis eorum,
uel in dexterâ sui partis, quisque deuitat. Sabba-
tis quoque operationem aliquam contigisse, omnibus
Iudeis diligenter canet: neque cibum sibi solum pri-
dia preparant, ne videlices illo die igne accen-
dans: sed neque uas aliquod transponere audent,
imo nec alium purgant. Alijs autem diebus fo-
dientes fontem uno pede altâ suadidi, hoc est, illa
dolabella quam tradi nuper accedentibus dixi-
mus, demissa ueste se se diligenter cõregentes,
ne scilicet splendori divino iniuria faciat, in ea-
dem fonte ab onere uenient leuatur, ac deinceps
terra quam effoderat reducant: idque ipsum faciunt
in locis secretissimis: ex cum naturalis sic ista
purgaio, nihilominus tamquam solenne habent, ut
quasi ab immunditia diluantur. Discernuntur
autem inter se, secundum suscepit abstinentia tem-
pora, in ordines quatuor: rancumque hi qui iu-
niiores sunt, inferiores precedentibus estimantur,
ut si aliquos eorum contigerint, quasi a cõre-
ctâ alienigenae diluantur. Viuunt autem quam
longissime, ita ut plurimi eorum usque ad cente-
narium proferantur aetatem, propter simplicita-
tem uictus, ut equidem puto, ex institutionem
bene in omnibus ordinariam. Sunt etiam con-

temptores aduersorū: cruciatus siquidem uincunt
 firmitate consilij. Mortem uero, si cum de-
 core obeunda sit, iudicant etiam immortalitatem
 meliorem. Prodidit autem eorum in omnibus
 negotijs animos, bellum quod gestum est cum
 Romanis. Tunc siquidem per artū confractio-
 nes et ignes, ac per tormenta omnigena trāscen-
 tes, ut uidelices uel in legislatoris aliquid lo-
 querentur iniuriam, uel ciborum quippiā quod
 non solene ederent, ad neutrū horum potue-
 runt compelli: sed neq; deprecari suos tortores,
 aut inter ipsa flere supplicia: in medūs quinimo
 cruciatibus subridentes, & eis qui tormenta ad-
 mouerant illudentes, constantes animas eum
 quadam hilaritate reddebat, scilicet quasi qui
 eas effene denuo recepturi. Opinio quippe apud
 illos firmata cōsistit, corruptibilia quidem esse
 corpora, materiamq; eorum non esse perpetuā:
 animas autem immortales semper manere, &
 de ethere subtilissimo cōmeantes, quasi caree-
 ribua ita corporibus implicari, uelue quas ille-
 cebra naturalis aterraserit. Quam uero fue-
 rint à carnalibus relenae vinculis, quasi de
 seruitute longissima liberatas, ita illico latari eis,
 sublimesq; ferri. Et quidem bonas, concinnes
 in hoc Gracorum sententijs, pronuntiane ultra
 Oceanum degere, ubi eis su reposita perfrui:ō
 illic quippe esse regionem, qua neq; imbribus,
 neq; nimibus, neque astibus aggrauetur: sed
 quam

quam Oceano oriens, Zephyrus, & leniter aspi-
rans amoenet. Malis autem animabus procellosa
loca & hyberna delegant, plena gemmisibus exer-
cendarum sine fine paenarunt. Videtur autem
michi secundū hanc ipsam intelligentiam Graci
quoq; fortibus suis, quos Heros & semideos
uocauerunt, beatorum insulas sequestrasse: im-
proborum autem animabus locum apud inferos
impiorum: in quo etiam cruciari quosdam com-
mentari sunt, Sisyphos uidelicet, & Tantalos,
& Ixiones, & Tityos: principio quidem immor-
tales esse animas existimantes, ob adhortatio-
nem uiiq; uirentis, dehortationemq; nequitie:
bonos quippe fieri in huic uita conseruatione
meliores, per spem bonorum etiam post lucem
redhibendorum: improborum autem imperium
retardari estimantes: quoniam et si in huic ui-
te spacio latuerint, post obitum tamen sine im-
mortalia tormenta passuri. Hec sunt ergo que
Esseni de divinitate anima philosophantur, pla-
ne illecebram ineuitabilem eis qui semel de eo-
rum sapientia gustauerint, reponentes. Sunt au-
tem in eis qui etiam futura nosse promittant, sa-
crius uidelices libris, & uarijs sanctificationibus,
prophetarumq; dictis à primis eratibus adha-
renies: raro autem accidit ut predicationes eorum
frustratio cosequatur. Est autem aliud etiam Es-
senorū collegium, cibos quidē & mores legesq;
similes cū prioribus habēs, distas uero opiniōne

de coniugio. Maximā siquidem vita hominum pariē, successionē scilicet, amputare eos qui abstineant nupijs arbitrantur: quippe si in eandē uelint omnes ire sententiā, defectū confessim genus humanū. Nihilominus autem cū sarta ipsi moderatione conneniunt, ut per triennium explorent ualeudinē forminarū: & si constaneis purgatione apparuerint idonea parui, ita eas in matrimonia aſcīſunt. Nemo tamē eorū cum pregnante concubie: ut ostendat, quod nuptias nō voluptatis, sed liberorū cauſa inierit. Lauantibus autē forminis, ita ne uiris perizomatū inest amictus: Tales sunt mores huīus collectionis. Dñorum autem priorum ordinum, Pharisi dicuntur. qui certiorē legaliū rituum notitiam profitentur: & hi primum dogma habent, ut fato & Deo uniuersa deprenſent: & quidē uel agere que iusta sunt, uel negligere, secundū maiore partē esse in hominibus profitentur: adiuuare tamē in singulis & factū. Animam autē omnē quidem incorruptā esse, transire autē in alia corpora solas bonorū, improborū uero interminabili supplicio cruciari.

Sadducai porro, secundus ordo, fatum omnino negant: & Dñum extra omnē mali patrationem inspectionemq; constitutū. Atque autem electioni hominū uel bonū uel malum esse propositū, & secundū uoluntatē propriā, alterū unicuiq; cōsingere. Animarū autē generalis

valiter uel supplicia denegant uel honores. Et Pharisei quidem sociales, & qui studeant se mutua dilectione complecti: Sadducæ uero & inter se feris moribus discrepantes, & conuersatio eorum circa exterios inhumana. Hac sune qua de Iudeorum philosophis dicenda reperi: nunc ad incepium tenuior.

De Pilati regimine.

C A P . V I I I .

ARTHELAI ethnarchia in prouinciam redacta, reliqui, id est, Philippus & Herodes, qui cognominabatur Antipas, tetrarchias suas regebant. Salome enim moriens Iulia Augusti coniugi toparchiam quam rexerat, et Iamniam, et in Phaselide palmeta testamēto reliquit. Delato autem ad Tiberium Iulia filium Rom. imperio post mortem scilicet Augusti, qui p̄fuit rebus annis septē & quinquaginta, mensibus sex, diebus duobus, manentes in tetrarchijs suis Herodes ac Philippus: hic quidem iuxta fontes ipsos, e quibus Jordanis flumen exoritur, in Panade condidit ciuitatem, quam Cæstrem uocauit: aliamq; in inferiore Gaulanitide, quam Juliadem nominauit. Herodes uero in Galilee Tiberiadem, in Peræa autē cognominem Iulie. Missus autem à Tiberio in Iudeam Pilatus, timū curandam accepisset regionē, nocte intcm- pesta operas in Hierosolymam intulit imagines Cæsaris, que res post eridnum ingentem inter Iudeos suscitauit tumultum: nam qui uaderant

Antiq. li.

18.cap.5

stupore permoti sunt, quasi iam profanatas leges
 suas viderent. Nullum enim fas esse collocari in
 urbe simulacrum. Ad querelam autem eorum qui
 in ciuitate erant, subito etiam ex agris muleiendo
 confluxit. Euntes autem ilico Cesaream ad Pilat-
 um, incenissime deprecabantur, ut ab Hiero-
 lymis auferrentur imagines, et eis iura patria
 scravaretur. Pilato autem suppliciibus abnuente,
 circa domum eius propi corruerunt, et immobiles
 quinq; diebus continuis noctibusq; mensere. Post
 autem Pilatus tribunal ascendens, studio magno
 conuocat multitudinem Iudeorum, quasi qui eis
 uelle dare responsum: cum subito milites acce-
 pto signo (sic enim iam fueras preparatum) ar-
 mati circumsternerunt Iudeos: circundataq; si-
 plici acie, Iudei quidem stuporis erant pleni, ui-
 denies insperata rerum faciem. Tunc Pilatus de-
 nuntians crucidaturum se omnes, nisi imagines Ca-
 saris susciperent, annuit milibus ut educerent
 gladios. Iudei autem quasi uno consilio omnes fu-
 bino correrunt, et cervices nudatas excipiendis
 ictibus pararunt, uociferantes universos se inter-
 fici magis uelle, quam legem profanari. Tunc Pi-
 latus circa religionem studium popule demoratus,
 confessum de Hierosolymis statuas iussit auferri.
 Deinde uero conurbatione alicamp commone-
 bas. Est apud eos sacer thesaurus quem Corban
 dicunt, hunc ad inductionem aquarum iussit ex-
 pendere: erat quicunque inducenda aqua ab stadijs
 trecentis

aerecentis: ob hoc itaq; vulgi oriebantur querela,
 ita ut etiam Pilati qui Hierosolymam uenerat,
 cum clamore circumdarēt tribunal. Ille autem
 prouiderat tumultū corum: siquidē populo per-
 missuī armatos milites, qui tunc essent priua-
 torū vestibus induit: praecepitq; ut gladius qui-
 dem nō uerentur, fustibus autē acclamantes fe-
 xirent. Sicq; cōpositis rebus, dæ ex tribunali si-
 gnum, confessimq; cedebantur Iudai: quoruī
 muli quidē plagi, muli uero se iniicem cōcubī
 canes, in fuga misera cōfissione perierunt. Tunc
 ad calamitatē intersectorum stupens multiendo
 conciuit: atq; ob hoc accusator Herodis retrar-
 che Agrippa, qui fuit filius Aristobuli, quem
 pater Herodes interfecit, ad Tiberium uenit. Illo
 autem non suspiciente accusationē, residens Ro-
 ma & reliquorū quidem potētium notitias am-
 biebat: maximis autē colebat officijs Germanicis
 filiū Caïum, cum adhuc esset primatus. Et quod
 dann die inter copiosum epularū apparatu, qui
 bus cum demerebatur, ad ultimū extensis ma-
 nibus, aperie Deum cœpis precari, celeriter il-
 lum mortuo Tiberio domiū cunctorū uidere.
 Hoc cum quidam è familiaribus eius Tiberio
 nunciasset, statim conclaudi iussit Agrippā, qui
 sub grandi erūna, usq; ad mortē Tiberij, in car-
 cere per menses sex iuebatur. Sed defuncto eo,
 post regnum annorū duorū & uiginti, sex men-
 sum, trium dierū succedens in imperiū C. Cesari

absoluit Agrippam uinculis, & retrarchicauit
Philippi (iam enim is decesserat) ei tradidit, re-
gemq; appellauit. Cum uenisset autem in regnum
Agrippa, Herodis retrarcha cupiditates p in-
Antiq. li. uidiam suscitauit. Irritabat autem cum maximè
B. cap. 14 in spcm regni Herodias uxor, exprobrās ei socor-
diam, et dicens, quia per id quod noluerat ad Cae-
sarē nauigare, careres potestate maiore: nā cum
Agrippa ex privato regē fecisset, quomodo di-
bitaret illum ex retrarcha eodē honore donare?
His adductus Herodes, uenit ad Caium, à quo
ob auaritiam uehementer increpatus, ad Hispani-
am fugit: secundus cum quippe furcat accusa-
tor Agrippa, cui etiam retrarchiā illius C. Cae-
sar adiecit. Atq; ita Herodes quidem in Hispania,
peregrinante secum etiam uxore, decessit.

De superbia Cali, & Petronio prōfide. C A P. IX.

Antiq. li. B. cap. 15 **C**aius uero Cesār instantum consumeliose
rabusus est foruna, ut etiam & Deum se-
pneret, & uelle nocari. Patriam quoq; suam
muleorū nobilium cade truncavit. Extendit au-
tem impieatem suam etiam in Indeām: Petro-
nium deniq; cum exercitu Hierosolymā misit,
principiē ut in iēplo statuas eius locaret: quae
misit susciperent Indai, cōtradicentes quidem ex
his interficeret, reliquam uero multitudinē ca-
pineret. Permovebat autem hoc profecto Deum;
Et Petronius quidem cum tribus legionibus,
muliisq; ē Syria auxiliaribus prope rubas in In-
deām

daam ex Aniochia. Iudeorum uero quidam
 non credebant fame bellum nuncianum: qui uero
 credebat, nihil de resistendo poterant cōminisci.
 Celeriter autem in omnes peruidit metus, nam iam
 Ptolemaide peruenerae exercitus. Est autem haec
 civitas Galilae littore in magno campo sita: cir-
 condataur autem montibus ab orientali plaga per
 sexaginta stadia dissipatis, sed ad Galileam per-
 tinenteibus: a meridiana autem Carmelo, qui abest
 stadiis centu nigrinis: a septentrionali quoque: mon-
 te qui est alissimus, quem vocare indebet Stalem
 Tyriorum: et hic autem distat stadiis centum. Ab
 ea autem urbe distans duobus stadiis preterlabi-
 tur fluminis, quem vocant Belcum, exiguis pro-
 fus: cui prope est sepulcrum Memnonis, habens
 iuxta se cemeterum ferè cubitorum spatiū, sed admi-
 ratione dignissimum. Est enim specie wallis ro-
 tunda, uirem emittens arenam: quam cum exhaui-
 ferint multe naues, pariter accedentes, locum idem
 rursus impletur. Venti siquidem quasi dedicata ope-
 ra, cōnehunc illuc de circumstantibus supercilijs
 arenam istam, utique cōmunem: locus autem metalli,
 statim in uirum quod suscepit murat. Mirabilium quoque mihi illud uideretur, quod iam con-
 uersa arena in uitru, quacunq; pars super mar-
 gines loci ipsius fuerit iacta, in vulgarē arenam
 denuo cōcrevit. Igitur loci quidem illius natura
 talis est. Iudei autem cum mulieribus et filiis
 collecti in campum, in quo est sua Ptolemae-

Petv

Petronio supplicabat, principio ob patrias leges, deinceps uero etiam pro suo statu. Ille autem ob multitudinem precantium & precum inflexus, exercituum quidem & statuas in Ptolemaide reliquit: procedens autem in Galileam, & cōmocans in Tiberiadē iam populū Iudeorū quam omnes eorū nobiles, & uim Rom. exercitus caput expovere, & minas Cesaris: his addens, & cōtumeliosa effe supplicatio Iudeorū: cūm omnes si quidem gentes que pareret imperio Romano, in suis urbibus inter reliquos deos, imagines quoq; Cesaris locanissene, soli Iudei istud abnuerent: hoc siquidē quasi ab imperio deficere effet, etiam cum iniuria praesidens. Illis uero cōtra hac legem moresq; patrios allegantibus: & quia ne Dei quidem simulacru, nedum hominibus, nec solum in templo, sed neq; in profano aliquo rotu regionis loco fas sibi effet locare: arripies dictum Petronius, respondit: Sed & multi mei domini lex seruanda est: si eam quippe transgrediar, nobisq; parciam, iustè animaduersionē subibo. Impugnabit sane nos, non Petronius, sed ille à quo sum missus: nam & ipse aquæ ac nos cogor implere quæ iussa sunt. Ad hac tota multitudine unanimiter succlamanit, ante legis cemeratio nem omnem se libenter subire perniciem. Sed uero eorū clamore, Petronius ait: Pugnare ergo aduersus Cesarē estis parati? Responderunt Iudei, pro Cæsare quidē & pop. Rom. se per dies sing

singulos offerre sacrificia: si autem in templo imagines et similes collocandas, debere eum tota Indianaorum gentes prius immolare: prabere se quippe singulos cum mulieribus et parvulis ei, qui interficere voluisset. Ad hac admiratio Petronium miserationem peruersum, insuetae et insuperabilem religionem virorum, et tanum vulnus ad mortem constituter paratus. Et tunc quidem infectius omnibus recesserunt. Postridie autem ac deinceps summatas eorum priuatum virumq; cōpellans, populū quoq; publicè alloquens, nunc quasi cōsulens admonebat, interdū etiam minabatur, extollens et virutum Romanam et indignationem Casari: imber hac etiam suam necessitatē, cui essent exequenda praecepit. Sed illis ad nulla horum experimenta cedentibus, cum uidet etiam sementem regionis intercipi (ipsum quidem anni tempus erat, et quinquaginta penè continuus diebus multitudo in urbe otiosa morabatur) ad ultimum conuocatis omnibus, ait, si bimes periculosam rem se uelle aggredi. Aut enim, inquit, Deo cooperante placabo Casarem, ac uobiscum saluabor libenter: aut illo in ulatione irritato, pro rata multitudine impendam animam meam. Atque ita dimisitis urbibus, multa pro ea nota facientibus, Amiochiam ab Ptolemaide reuocauit exercitum: atque illinc confitimus ad Casarem, referens et quo apparatu in Indeam irruisset. Et quod tota gens supplicasset: quibus si abnuendu putaret, nosset cum

euos viris etiam provinciam esse perdendam.
Sernare siquidem ipsos legem patriam, & nouis
praeceps uehementer obfistere. His epistolis re-
spondit Caius immodicè, conminans Petronio
impetu, quoniam iusionum suarū segnis ex-
ecutor fuisset. Sed scriptorum talium uectores par-
tes continuos menses contigit aduersa & tempe-
statae retineri: alijs autem ex iiii C. Cesarii num-
siames, prospere nauigauerunt: deniq; ante se-
pctm & uirini dies epistolas Petronius acco-
pij, finem Cesarii indicantes, quam illi perueni-
rente, qui comminantis scripia portabant.

De imperio Claudi & regno Agrippæ ac morte. C. XI.

Antiq. l. 3. **C**laudio per dolum miserempro, qui regnau-
19. cap. 3. **G**rat annis tribus, mensibus sex, rapient in
regnum ab eo exercitu qui Romæ erat, Claudio.
Senatus autem, referentibus cōsulibus Sento Sa-
turnino & Pomponio Secundo, mandat tribus
cohoribus urbanis ut essent præsidio ciuitati, et
ipse frequens in Capitolum cōuenit: & proprie-
tatem Cay, bellum agi cum Claudio de-
cernebat, uolens imperium ad optimales redu-
cere: ut sicut olim, ad regendū dignissimi elige-

Antiq. l. 4. **E**ccidit interim ut Agrippa adueni-
ret: quem cum & senatus in cōcilium & in ca-
stra Claudio euocasset, ut scilicet eo strenuo ad-
iuatore uiceretur in quibus res posceret, uidens
Agrippa Clodium iam esse opibus Casare, ad
eum perrexit: quem ille illico legatum ad senatum
misit,

misi, indicant̄ suum proposūm, quoniam pri-
mo quidē inuitus ab exercitu raptus fu. Et in-
quum esse, si milieū erga se studia tam religiosa
desercret, ita q̄ tñrā aliter suam nō esse fortunatam
iam enim ad inuidiā salis fore, quod in regnum
uocans sit. Deinde administrare paratum esse
Rēpubl. non ut aliquis tyranus, sed ut prin-
ceps benignus: sufficere sibi quippe honore no-
minis. De singulis autem negotijs communem
omnium stare sentīam: nam Et si non natura
esset modestus, locuples tamen moderanda poter-
fatis exemplum Caij morie esse proposū. Que
cū detulisset Agrippa, respōdie senatus, quāq;
qui militi suo bonusq; consilys fideret, nolle se
subire uoluntariam scrūtūrem. Sed accepto pa-
trium responso, Claudiuſ rurſus misit Agrip-
pam, nuntiantem eis, se non posse adduci ut eos
proderet, quorū consensu in imperiuſ esse acci-
sus. Inuitū autem se iniurū esse pugnā aduersus
eos, cū quibus conſligere manime uellet: proinde
eligidū esse locum extra ciuitatē in quo conſli-
gerent: neq; enim fas esse, proprie illorū perui-
caciā, paucā civili cade fœdari. Et Agrippa
quidē iſta ſenacui vniuant. Iner hac uniu ex
illis militib⁹, qui cū paucib⁹ crāe, educens gla-
diū: Commilitones, inquit, quibus perurbatis
cauſis parricidia perpetrare cupimus. Et con-
currere aduersus propinquos nostros Claudiū
secutus? maximē cū habeamus imperatorem
quem

quem in nulla re culpare possumus, ex ad quem
cum iustis magis allegationibus quam eū armis
egredi debeamus. Hec dicēs, per medium egressus
est cutiam, omnibus se militibus consecutus.
Eloc exemplo optimates deserti, in magno metu
esse cōsperāt: ac deinceps nidentes sibi odīus for-
tione suam nō esse, secuti milites, ad Claudium
transierūt. Occurrebat autē eis pro muris stricis
gladijs hi qui fortuna regis ambītiosus adul-
banteur: & penē accidit ut progressi quinq; in-
terficerentur, ante scilicet q̄ militū imperii Casar
agnoscere: nisi accūrrens Agrippa, imminētu
ei facinoris periculū nuntiasset: dicens quod nisi
coeruerit exercitū, iam in sanguinē ciuium fa-
rente, confessim amissurus esset omnes per quos
conspicuū esset imperiu, fieretq; solidū dñis iu-
perator. Hac audiens Claudius, cōtinuit militū
imperiu. Suscepit autē in castris aduentiū se-
natum, ex indulgenti honore cōplexus, egressus
cum patribus confessim obulit Deo hostias, ut
mos est pro imperio supplicari. Agrippā quoq;
protinus donat regno paterno uniuerso, adyciēs
ei etiam illā qua Augustus Herodi donauerat,
Trachonīidē scilicet ex Afraniidē: prater
hoc autē aliud quoq; regnū, quod Iysania no-
Antiq. li. cabatur. Et populo quidem donationē hanc per
39. cap. 5 edictum indicauit. Patribus autem praecepit, ut
incisā areis tabulis in Capitolio collocarentur
Donat autem etiam frārem eius Herodem, qui
gener

gener eiusdem erat. Berenice iunctus regina Chalcidis. Opinione autem celerius Agrippa datus regni consensu maximus affluebat: qua sane pecunia, non ille in rebus exiguis abutiebatur, sed sale murū Hierosolymis circumdare cōpīt, quibus, si potuisset absolui, irritā prorsus obsidionē Romanis oppugnāib[us] effecisset. Sed antequam Antiq. li. impleret op[us], decessit in Casarea. Regnauit autem 19. ca. 7. 2 annis tribus. Ante quoq[ue]; cū retrarchiā regere, alijs tribus annis tenuerat potestatem. Reliquis filiis tres ē Cypride natae, Berenicen, Mariāmen atq[ue] Drusillā: filiū autem ex eadē ipsa cōiuge, nomine Agrippā: qui cūm admodū parvulus esset, Claudius regnū in provinciam redipit, in cuius procurationē missus est Cessius Fæsus: post hunc autem Tiberius Alexander: qui nihil de cōsuetudine patria immutantes, geniē in pace tenuerunt. Post hac uero ḡ Hierodes, qui regnabat in Chalcide, decessit, relinquēs ex fratrib[us] quidē filia Berenice filios duos, Bereniciānū ḡ Hyrcanū: ex priore autem Mariāmen Aristobulū. Alius quoq[ue]; eius frater Aristobulus mortuus fuerat primatus, relicta filia Iopata. Hi quidem erant (sicut diximus) liberi Aristobuli, qui fuerat Herodius filius. Alexander autem ḡ Aristobulū nati fucrā Hierodi ē Mariāmen, quos ipse pares occidit. Alexandri autem posteri in maiori Armenia regnauerūt.

De variis tumultibus in Iudea & Samaria. C. X. t.

Post obitum autem Herodis, qui regnauit in
 Chalcide, Claudius Agrippa filium Agri-
 pppae in patria sui regno constituit. Alterius
 autem provincie suscepit curam post Alexandrum
 Cumanus, sub quo oriri coeperunt tumultus. Et
 denuo Iudeos calamitas comprehendit. Conuenienter
 quippe multitudine ad die festum azymorum in
 Hierosolymam, statim cohortes Romanae super por-
 ticu templi (armati quippe milites semper custo-
 diebant festos dies, ne quid conuenientes populi
 nouare audirent) unus e militibus reductis tur-
 piter uestimentis inclinans posteriora sua uerit
 ad faciem Iudeorum: ex ad hunc habitum nocte
 emittens simile suclamanit. Ob quod factum tota
 ceperit multitudo conqueri, ita ut circumstarent
 Cumani, ad supplicium militem deponentes. Ex his
 autem inconsulti iuuenes, ex quasi natura apii
 ad seditiones mouendas, in rixam grauissimam pro-
 fitiebant: continuo quippe saxa rapientes, percu-
 tiebant milites. Tunc ueritus Cumanus, ne to-
 rris in eum vulgi impetus fieret, plures evocauit
 armatos: qui cum essent porticibus immisiti, metu
 grauis incidit Iudeis, statimque in fugam uersi, re-
 licto seculo refugere coeperunt. Tanta autem per-
 egressus de consilipatione obrutio facta est, ne con-
 culatione mutua super decem milia hominum con-
 sumpta sint. Facta est autem uniuersa genit lu-
 tuosa festinitas, et planctus per domos singu-
 las personabat. Successus autem huic calamitati
 lacroc

laurocinam iū cumulum. Iuxta Beithoron quippe, per viā publicā, Stephanus quidā seruus Caesaris supellecīlē quādā uehebat, qua ab irruētibus Iaironibus direpta est. Cumanus autē ad inquisitionē mittens eos qui in proximis uicis essent, uinctos ad se adduci iussit, obūciēs q̄ latrones illos non comprehēdissent: qua occasione quidā miliū in uico quodam libros sacrae legis offensos discidit atq; cōbusbit. Iudei autē quasi totam religionē inflāmatam uiderēt, undiq; cōfluxerūt: q̄ uelut machinamento aliquo, ita uī superstitionis atracli, omnes ad unā euocationē ad Cumanū Casareā concurrunt: precantes ne militē qui tantā cōsumeliam Deo legi q; eius intulisset, nō relinqueret impunitū. Ad hæc ille (uidebat enim multitudinē nequaquam quieturā, nisi aliqua esset satisfactione sedata) adiudicatū militē per mediū populū ad suppliciū insit abduci: sicq; Iudei placatis animis recesserūt. Denuo autē Galileorū q̄ Samaritanorum cōflictus exortetur. In uico enim quē Geman uocāt, qui est in magno Samaria campo situs, quidam Galileus de numero Iudeorū ad festiuitate ascendens interficitur. Ad quod factū multis ex Galilea regione concurserunt, ut cū Samarianis cōfligerent. Horū autē nobiliores cōuenērunt ad Cumanū, rogātes ut ante q̄ grauis calamitas oriretur trānsfret in Galilāā, et in eos qui autores essent homicidij vindicaret. Cumanus

scrò his negotijs qua habebat in manibus postponens illorū petitiones, sine effectu precatores remisit. Nuntiato igitur homicidio Hierosolymā, omnis multitudo cōmota est: ex relicta diei solēnitate, in Samariā vulgus imperū fecit, sine ullo duce, nec cuiquā principū suorū retinēti acquiescentes. Latrocinij autē eorū ex tumultu, quidā Dīni filius Eleazarus, ex Alexāder, principes erāt: qui in Acrabatena regioni cōcerminos irruētes, promiscuā edidere cedē, et à nullius aetatis exitio tēperantes, uicos etiā inflamauerūt. Cum manus autē hec audiens, adduxit secū unā equitum alam, que vocatur Sebasteonorū, ut auxilio his qui uastabātur efficeret: sicq; eorū mulieres qui Eleazarū erāt secuti, cōprehēdit, plures quoq; interfecit. Ad reliquā autem multitudinē, qui in uastando Samarianorum fines irruerāt, principes gentis de Hierosolymis occurrerunt: opertiq; cilicys, ex aspergis cinere capitisbus precabātur, ut ab incepio desinerent: nec propter exercendā in Samaritas ulitionē, ad Hierosolyme pernicie Romanos cōmonueret: misererentur autē patria sua atq; iēpli, filiorumq; ex coniugum propriarū: neq; omnia pariter indiscretum adduceret, neq; ob unius Galilai nūdictā cuncta disperderent. His acquiescentes Iudei, à negotio recesserunt. Multi autē per idem tēpus in latrocinia conspirabant: sicut ferè soleat insolētia crescere rebus quietis: per que in omni

reg.

regione agebantur rapina, et audacissimus quisq; reliquis uim afferebat. Tunc Samaritariorum primates ad Numidiū Quadratū, qui Syriam procurabas, Tyrum uenerunt, uindicari de his qui regionē eorū deprēdati fuerant postulātes. Pratto autē fuerant etiam Iudaorū nobiles: et Ionathas filius Anani, princeps sacerdotū, obiecta diluēs allegabat, initium quidē tumultus Samaritas fuisse, qui primū homicidium perpetrassent: causam tamen calamitatū postea secundū prabnisse Cumanū, qui inter principia auctores cadis uenisset ulcisci. Tunc Quadratus uerantq; partem interim distulit, dicens se cū ad ipsas regiones uenisset, diligēter singula inquisi-
turum: deinceps uero progressus Cesareā, eos omnes quos Cumanus uinos ceperat, in crucem sustulit. Inde cū Lyddam uenisset, denuo audiuit Samaritanorū querelas, et accitos Iudaorū decē et octo uiros, quos cognovit pugna fuisse participes, securi percussit. Duos autem principes sacerdotum, Ionaham et Ananiā, eiusq; filium Ananum, et nonnullos alios Iudeos nobiles ad Casarem misu: similiter autē et Samaritarum nobilissimos quosq;. Pracepit etiā Cuonano, et Celeri tribuno, Romanū nauigare, reddituros Claudio rationem pro his que in re-
gione gesserant. His ita cōpositis à Lydda ascē-
debat Hierosolymam, et inueniens multiudi-
nem, flimitacm azymorum celebrantem sine

ulla conurbacione, Antiochiam rediit. Roma autem Caesar auditis allegationibus Cumanorum et Samaritanorum (aderat autem etiam Agrippa, Iudeorum causam magna cōtēnione defensus: siquidem et Cumano muli potentium aderant) pronuntians aduersus Samaritas, tres eorum nobilissimos iussit interfici. Cumani autem in exiliū deportari. Celarem autem tribunum vinculum Hierosolymā missum, Iudeis ad suppliciū tradidit, ut per urbem tractus, capite plecteretur. Post hac Felicem Pallantis fratrem misit ad Iudeos, qui et eorū prouinciam cum Samaria et Galilee curaret. Agrippam vero de Chalcide in regnum maius transstulit, tradens ei illam quoque prouinciam, qua Felicis fuisset. Erat autem ista Trachonitis et Batanaea et Gau-lanitis. Addidit autem regnum eius Lysanias, et tetrarchia quā Varus rexerat. Ipse autem per annos tredecim, menses octo, dies triginta administrando imperio, decepsit, successore regni Neronem relinquens, quem suadetis Agrippina uxoris sua in imperium cooptauerat, et quidem cum legitimū haberet filium Britannicum ex Messalina marum, priore scilicet coniuge, et Octavia filiam, quam ipse primigno collocarat Neroni. Suscep- perat autem ex Agrippina Antoniā. Et Nero quidem, quemadmodū per magnitudinem felicitatis et opum, abusus sit fortuna: et qualiter fratrem suum, a quo nōorem, matremque interfecit,

cerit, post quas in omnes proximos immunitatem
suam conuertere. aeq; ut ad ultimum per ambi-
tiam ad histriomum opera scenariorum peruenie-
rit, quoniam scio esse narratione molestum, si
lenco praeferre melius puto.

De tumultibus in Iudea sub Felice. C A P. XII.

Conuertar autem ad narranda que ab eo Antiq. l.
aduersus Iudeos gestae sunt. Minorē igit- 20. cap.
eur Armenia regnāda Aristobulo dedit. Her-
rodii filio. Regno autem Agrippa quatuor ur-
bes addidit cuim agris ad singulas pertinenti-
bus: in Peraa scilicet regione, Abilam et Iu-
liadem: in Galilaea autē Tarichaā et Tiberia-
dem. Reliqua autē Iudee Felici procurāda de-
dit. Hic principē latronū Eleazarum, qui per
viginti annos regionē fuerat depratus, aliōf-
que cū eo mulier cepit, minētosq; Romam misit:
aliorūq; quis in cruce sustulit, latronum uel in
cōmūnione sceleris deprehensorum populariū,
fuit penē innumerable multitudo. Sic autem
regione purgata, aliud genus latrocinariū in
Hierosolymis oriebatur. Hi autē Sicarii uoca-
bantur, die clara et in media ciuitate passim
quosq; inservientes. Potissimum uero diebus
solennitate festiū immiscerentur vulgo, sicut
sub ueste gestantes. His inimicos ineerfitebās,
ac deinceps collapsis hominibus, illi inter reli-
quos de scelere querebantur: qua fraude extra
suspitionē manebās, dīnq; lauerū. Primus igit-

tur ab eis Jonathas pontifex interficitur. Post
 hunc autem quotidie plurimi cedebantur, atq;
 ipfis calamitatibus molestior timor civitatem
 premebat: sicut enim in medio bello per singula
 mometa omnes morte operiebantur. Circumspic-
 ciebant autem eminus quosq; appropinquantes,
 & neq; amicis suis fidere poserant, dum tam
 in medys suspicionibus atq; custodys nihil omnis-
 nus interficerentur. Tanta erat larocinanium
 temeritas, & ars quadrata latendi. Ad hec autem
 alia etiam malorum collectio facta est, cede quidem
 abstinentiū, sed consilijs magis impiorū, qua pars
 non minus quam sceleriorū felicitate urbis statuq;
 corruptit. Seductores namq; homines & circu-
 meneores, sub specie religionis nouis rebus stu-
 dentes, vulgo insanire fecerunt: nam in solitu-
 dines excedebantur, promiscue Deū signa cie-
 Antiq. li. ostensurum libertatis. Contra quos Felix (vide-
 zo. cap. 12) banuit quippe semina defectionis esse) missens
 equites atq; pedines armatos, magna multitu-
 dinem interfecit. Maiore autem plaga Iudeos af-
 fixit Aegyptius quidam pseudopropheta: ad-
 ueniens quippe in provincia, magna ciuitate effici-
 propheta opinionem sibi arrogans, tristitia fermè
 milia hominum congregauit, quos nana seduc-
 tione decepserat. Et circumducens eos de soli-
 tudine in monte qui vocatur Oliuarū, inde ad
 Hierosolymā nitebatur ascendere: depulsoq; Ro-
 manorum presidio, in populares exercere domi-
 nas

nationē. Viebant amicē stipatoribus, qui ad id
facinus conuenerant. Preuidit sanè eius imperū
Felix, & occurrēs cum ipsis Romanis armatis,
quos etiā Iudeorū reliqua muleitudo innubat,
in iūe cōflictum. Et Apypius quidē cum pa-
cis fugie. Plurimi autē qui cum ipso fuerāt cō-
prehēsi atq; vinculis traditi sunt. Reliqua uero
muleitudo in regiones proprias dispersa est. Cō-
pressis uero his etiā, sicut ferē in agro corpore,
rarsus pars altera tumescebat. Magi enim qui-
dam & latrones collecti, mulier afflictione in-
ducebant, & quasi ad libertatiē uocabant, mor-
tem apereissimam communantes his qui Roma-
norū principatiū obedire uoluisse: ne uel
reluctāeq; auerterent eos, qui sponteancē ferre
seruitutē. Dispersi ergo per totā regionem diri-
pibant quorumq; parentiū domos, eosq; insu-
per strucidabant: inflammabāt etiā nicos, ita ut
desperatione eorum tota Iudea proinus imple-
vitur. Et hoc quidem bellū indies ingrauesce-
bat. Alter autē tumultus ortus est circa Cesaream,
inter Iudeos scilicet qui ibi permixti ha-
bitabant, & Syros, seditione cōmota. Hi signi- Antiq. li.
dem postulabant, ut eoruū fieret ciuitas, Iudeum 20. cap. 12
eius fuisse conditorem dicentes: erat amem rex
Herodes. Remuli uero cōdittorem quidē con-
fiebantur Iudeum, ipsam uero ciuitatem fuisse
gentilium vindicabant. Neq; enim illic statuas
& fata potuisse confitui, si ad Iudeos eam cō-
ditor.

ditor pertinere uoluisset. Ob haec ergo causas inter se populus uerq; iurgabat. Procedebat autem usq; ad arma contentio. Et quotidie ad confligendum audaces quiq; pareis alecrutra profiliabant. Neq; enim Iudeorum seniores cohibere tumultus genitus sua poterant: ex Gracis turpisissimum uidetur, Iudeis inferiores uidetur. Praestabant autem hi quidem diuitiis et corporum uiribus, Graci uero auxilio militum: magna si quidem pars Romana manus, de Syria illo fuerat congregata, et quasi cognata, ad auxiliandi parati erant Syris. Prefecti autem militum curabant coprime tumultum: et pugnaces quosque comprehendentes, taureis ulciscerentur ac uinculis. Nec tam supplicia comprehensorum, impedimentum aut timore reliquis inferebantur: immo magis hoc ipso in seditionis irritabante augmentum. Tunc demum Felix minaci edicto pracepsit cōsumates quosque urbe discedere: non parentium autem immenses militibus interfecit non paucos, quorum etiam bona direpta sunt. Manente autem seditione, nobiles utriusque pars electi, legatos misit ad Neronem, de iure discepituros. Successit autem ei Festus, ex hos qui maxime infestabant provinciam sollicitè persecutus, Ieronum plurimos comprehendit atque interfecit.

De praefidibus Iudeis Albino & Floro. C. X I I I L

Antiq. li. 20. cap. 15 **V**erum successor huius Albinus non eodem modo negotiis praefuit, neq; enim fuisse aliqua

aliqua malignitatis species, quā ille præterierit.
 Deniq; nō solum causis ciuilibus furabatur et
 diripiebat bona singulorū, neq; solum tributorū
 additamentis in communē genitē granabat: sed
 etiam quos ob latrocinia decuriones ciuitatum
 cōprehenderunt, uel qui à prioribus iudicibus
 in custodijs erant relicti, acceperat à cognatis co-
 rum pecunia, liberauit: et us solum, qui nō de-
 disset, in carceribus quasi nocentissimus rema-
 nebas. Per idē tēpus, eorū quoq; qui res noua-
 re cupiebant, in Hierosolymis crescit audacia.
 Ex quibus sanè qui erāt opulentii Albini lar-
 gitione redimebant, ut eis tumultū mouentibus
 non indignaretur: pars autē popularis qua non
 satis gaudebat quiete, Albini participibus iun-
 gebatur. Unusquisq; ergo improborum cohorte
 propria circumdatu, ipse quidem inter ceteros
 quasi princeps latronū et tyrannus eminebas:
 si patribus uero suis ad direptionē mediocriū
 abutiebatur. Ita fiebat, ut hi quidē quorū uasta-
 bantur domus, taceret: illi autē qui ex ira inco-
 modum fecissene, metu ne similia paterentur;
 etiā officijs ambirent eos, quos cōstabat dignos
 esse supplicijs. In cōmune autē omnīū fuit inter-
 cepta fiducia: et erat tūc multiplex dominatio,
 et semina capiuitatis futura iam ab illo tēpore
 spargebatur. Cum sanè eiusmodi morū fuissest Aniiq. I.
 Albinus, tamen succedens ei Gessius Florus, 20. cap. 1
 opimū cum per cōparacionem sui fecit uideri.

line 9. 52 Ille siquidē plura oculicē & cū fraude nocte-
in p̄s̄vij rat. Cestius uero iniuitates suas in uniuersam
line 9. 57 ḡtē, tam palām quasi gloriaretur exercuit: ac
uelut nō ad regendā prouinciā, sed ad dannata-
torum poenas carnifex mussus, neq; rapinarum
allum more, neq; afflictionū pretermisit. In mi-
seris anem crudelissimus erat, in turpibus uero
impudenter. Neq; enim quis illo amplius
offendit fallacia ueritatē, neq; cōmentus est cal-
liiores nocēdi uias. Huic siquidem uirieim il-
latis dispēdīs lucra querere exiguū uisum est:
sed totas simul despoliabat urbes. & labes po-
pulis inferebat: tanū non uoce per totā regionē
edicens, liberū esse omnibus laetocinari, dū ipse
pradarū acciperet portionem. Deniq; ob illius
anaritiā contigit totā penē deserī regionem, ita
ut plurimi sedes patrias relinquentes, ad exter-
nas prouincias cōmigrarent. Donec autē in Sy-
ria Cestius Gallus prouinciā regebat, neq; au-
sus quissiam Iudaorū est aduersus Florum ad
eum mittere legatos. Cūm uero instante az-
morum solennitate ipse Hierosolymā uenisset,
occurrens multitudo, qua facile tricies ceneorū
nullum fuit, precabatur, ut gentis sua calamī-
tarib⁹ subueniret, & pestem illam prouincia
Florum ut eūceret clamitabat. Qui tamen cūm
sub populi ore esset, & Gallo assisteret, non so-
lum nihil mouebatur sed uoces illas etiam de-
ridebat. Cestius tamen compescens imperū po-
puli,

præbū, & edicēns quod deinceps placatiōrem eis
Florum redderet, regressus est Antiochiam.
Deduxit autem eum usq; ad Casaream Florus,
illudens mendacij, & Iudeorū genti bellū sedu-
lo cōmīscens, quo scilicet solo iniquitates suas
occultari posse credebat. Pace siquidem perma-
nente, habiturum se apud Casarē accusatores
Iudeos: uenū si defectionē negotiatus fuisset,
maiore uiq; malo abducēdam à se esse inuidiā
peccatorum minorū. Igū ut gens ab Romano
abrumperetur imperio, sedulo indies augebat
calamitates. Per idem tēpus apud Neronē Ca-
sarienses gentiles uictores existere, dēcretumq;
istud cōtestantes literas attulerunt: perq; hoc
bello Iudaico dabatur exordium, duodecimo
scilicet anno regni Neronis, septimodécimo au-
tem regni Agrippa mense Maio.

De Floro sc̄iente in Iudeos Cæsarienses & Hie-
rolymitas. CAP. XIIII.

v v -
Ad magnitudinem autē excitorū de eo Antiq. li-
malorum, nequaquā idoneas causas ha-
buisse deprehenditur. In Cesarea siquidē habi-
tantes Iudei, habebant synagogā prope locum,
cuius erat dominus genitilis quidā Casariensis:
& frequenter quidē egerāt, ut ad eorū ius illa
possessio iungeretur, mulieris partibus maius pre-
tiū quā res meruerat offerentes. Dominus autē
loci precēs eorum despexisse non contentus, ad
maiorem dolorem adificauit in loco tabernas,

ita ut angustum eis transitū ex prorsus coarctatum relinqueret. Primum igitur fermētiores aliqui iuuenium profilientes, edificationē ueatabant. Cū uero Florus hos à prohibēdo cohiceret, non habentes Iudeorū nobiles quid agerent, inter quos erat etiā Ioannes publicanus, inflebant Florū oblatione octo talentorū, ne adificationē uearet. Ille autē ob capiendū tantūmodo, promittēs se cuncta facturū, accepta pēcunia statim de Cesarea egressus est, uenitq; in Sebas-
hum
ublita
 tien, seditioni tribuens facultatē, quasi qui pugne spatiū Iudeorū summatisbus uēcididisset.
OCCASIO
primi
mo
 Sequēti autē die, Iudeorum sabbato, cū plebs ad synagogā coisset, seditiosus quidā Cesariensis uas Samiu ante ingressum eorū ponens, alites immolabat. Hic factum Iudeos incoercibiliter accedit, ex legē suā quippe contumeliam peruenisse, ex locū ipsum dicebāt suis polluti. Pars autē Iudeorū quae erat constantior atq; moderatior, denuo apud indices esse conquerendum rebatur. Seditiosi autē ex iuuentute surgentes Iudei, effundebantur in rixā. Strabane autē ad configendum parati etiā Cesariensium tumultuosiores. Ex cōposito quippe missus fuerat, qui pro synagoga scribus immolare: sicq; coniunctio est pugna cōmissa. Interueniens autē Incundus, qui ad prohibēdū erat relictus, prefectus equitum, uas illud quidem quod posuitū fenerat insitū auferri, ex tumultū sedare pergebat. Cū uero
supe

superatus esset pra Cesariensium molestia, Indi statim libros legis rapientes successerunt in Narbata: regio quedam eorum hoc nomine appellatur, dirumpta à Casarea Iadis sexaginta. Primates autē eorum duodecim, cū Ioanne in Sebasten ad Florū nenerunt, de his que acciderāt conquerētes, & ut auxilio esset rogabant quāuis reueneretur, tamen cum & de octo talentis admīnētis. Ille uero illico cōprehensos eos uinciri iussit, arguens cur leges de Casarea auferre ausi fuissent. Ob hoc igitur apud Hierosolymitas grauiſſima indignatio nascebatur: uenientiam adhuc irā suā frenabāt. Florus uero, quasi ad hoc operā suam locasset, ut bellum inflāret, misit ad sacrum thesaurū, ut inde decem & septē talenta auferrentur; quasi eam pecuniam impēse Cesaris flagitaret. Tunc uero statim invasit populum multa confusio, concurrentes ad templū, maximis nocibus nomine Cesaris appellabant, ut à tyrannide Flori liberarentur orantes. Quidam autē seditionorū in Florum maledicta iaciebant ultima, & canistrū circumferentes stipem eius nomine postulabant, quasi inops & nuserrimus talibus indigeret auxiliis. His autē omnibus nihil est à cupiditate deterritus, sed multo magis ad degradandū irritatus est. Deniq; cū deberet Casaream ueniens ignē belli illuc nascentis extinguere, causasq; tumultuum submouere, pro quo eiam mercedē accep-

perat pactus: tamen cū exercitu equitū atq; pe-
dicum Hierosolymam contēdū, ut Romanis ar-
mis ad quod uolebat uiteretur, ac timore et mā-
nis urbē circumdaret. Tunc populus lenire ciui
imperiū uolens, obuiam militibus proceſſie, cum
solliciis uiciq; fauoribus, & Florū honorare offi-
cij paratus. Ille uero praemitis cum equitibus
quinquaginta, centurionē nomine Capitonem,
discendere eos iussit: Nēme cū, in quē tam grania
maledicta iecissent, falso denuo honore delude-
rēt. Oporiere quippe eos, si uiri sunt fortes, ani-
miq; cōſtantis, etiā in praesentiē effundere cōnu-
melius: nec solū in uerbis, sed etiam in armis a-
morem libertatis ostendere. His dictis exterrita
muliudo, simul etiā militibus qui cū Capitone
uenerant, in mediū uulgas irruenteibus, diffuge-
runt, antequā Florū salutarēt, aut militibus of-
ficia consueta redderent. Discendentes igitur in
domos, cū metu atq; humilitate peruigile du-
xere noctē. Florus autē tūc quidē docuit in re-
gia, poſtridie autē aduersum eos exstructo tri-
bunali sublimius reſedit: cōuenientesq; sacer-
dotum principes, & ciuitatis uniuersa nobili-
tus, aſſitterunt tribunali. His precepit Florus, ne
omnes qui maledicta in cū ſucclamaffent, pro-
tinus dederēt: edicens in ipſos eſſe, niſi reos pro-
duxerint, uindicandū. Ad hec respondens Iu-
daei, populum quidē pacifica quaq; ſentire, illis
uero qui errauiffent, in uerbis, ueniam conſeru-
dam.

dam postulabat. In tanta siquidē multitudine,
 nihil esse mirandum, offendit aliquos temerarios,
 & per atare insipientes: esse autem impossibile
 eorum qui deliquerint, discrimē agitari, cū et sin-
 gulos nimicū pœnitentia, & prætimore ad negan-
 dum sint parati: debere tamē illū si consulentes
 gentis quieti, & uelles Ro. imperio fernare ur-
 bem, magis propter mulios innoxios dare ueniā
 etiā paucis delinquētibus, q̄ propter paucos im-
 probos perurbare multitudinē tamē bonū.
 Ad hac uero ille magna indignatione inflam-
 matus, militibus exclamauit, ut forū rerū uena-
 lium, quod erat in superiori parte ciuitatis, di-
 riperent, ac passim obuios trucidarent. Ili uero
 ad lucris sui cupidinē addita autoritate recto-
 ris, non solum illū diripuerunt locū in quē fue-
 rant innossi, sed in uniuersas insiliētes domos,
 interficiebant habitatores. Fuga autē erat per
 angiporta omnia, & cades eorum qui comprehen-
 debantur: direptionis quoq; nulla species pra-
 scribatur. Mulios autē etiā nobiliū comprehen-
 dentes adduxerunt ad Florum, quos ille uerbe-
 ribus laniatos in cruce sustulit. Deniq; omnis
 numerus illo intersectorū die cum parvulis &
 mulieribus (neq; enim uel lactantibus peperce-
 rānt) fuit sexcenti & triginta. Grauiorem autē
 faciebat calamitatem nideri nouitas Romana
 calamitatis: quod enim nemo unquā prius, tunc
 Florus ausus est, ut uiros seilicet equestris or-

dinis pro tribunal flagellis caderet, ac patibulis affigeret: quorum eti^m origo Iudea, tamen Romana dignitas erat.

De alia oppressione Hierosolymorum dolo
Flori.

CAP. XV.

Per idē tēpus rex quidē Agrippa Alexandriam erat proscētus, ut Alexandrū qui Aegyptū procurabat missus à Nerone, iure hospitis cōueniret. Germanā autē suā Berenice, Hierosolymis inuentā, & iniquitatē militium uidentē, grauis ob hoc angor inuaserat. & frequenter quidē praefectos equitū suorū, custodesq; corporis mittens ad Florū precabatur, ut à cede desineret. Ille uero neq; in multitudinem interfectorū, neq; in nobilitatē precatricis, sed tanum in lucra sua, que de rapinis cōgregarentur, aspiciens, contēpsit annuere: & impetus autē militū etiam aduersum reginam effratus est. Non solum quippe sub oculis eius obuios quosq; mulctabant atq; trucidabant, sed etiam ipsam, nisi cōfugisset in aulam, interfecisset. Ibi autē peruigile nocte cū intēa custodia egit, mērens utiq; irruptionē militū. Venerat autē Hierosolymam, ut hora Deo solueret. His enim qui morbo uel alijs necessitateibus implicantur, mos est orare per triginta dies, antequā immolēti hostias: abstinere quoq; nino, & capillos radere. Quem morē Berenice regina illis exercēs diebus, nudipes etiā ante tribunal stetit, deprecans Florum

Florum : ex praece quod nihil honoris habiuū est, etiā de vita sua periclitaria est. Hac autē facta sunt sextodecimo die mensis May. Postridie autē cōueniens multitudine in forū, quod erat in superiori parte ciuitatis, magnis clamoribus de his qui interfici fuerāt, querebantur: potissimum autē inuidiosae in Florū uoces erant: quod ueriti primates quiq; ex pōtifice, disruptis ueſib⁹, viritim singulos cōprehendētes, postulabant, ut ab his uerbis, quorū causa tāta mali periculerāt, desisterent, neq; in maiore indignantem Florū monerēt. Sicq; sedata est multitudo, tam reverēi a precanii, quām spe quod n̄e quaquam Florus ulva in eos seueret. Ille autē uidens multitudinis tumultū fuisse cōpressum, angebat, ex denuo eam inflammare cupiens. pontifices cū nobilib⁹ aduocauit. Itaq; unum ait argumentū fore, quod nihil ulcerins de nouāndis rebus cogitaret, si populus obuiam procederet militib⁹ de Casarea uenientibus: ueriebane autē due cohortes. Qui cūm conuocasset populum ad occurrēdum, mandat cēntrōmib⁹, ut nullam saluationē redderent obuiantib⁹ Iudeis. Ad quod si offensi peccanter quippiam effente locuti, statim in eos uerentur armis. Pontifices ergo collecta multitudine in templo, precabātur ut occurrerēt Romanis, ex ante graue incomodū cohortes solenniter salutarent. His horationibus seditioni quiq; abnebant

nubant, & ob intersectorum dolorē reliqua
 multitudo iungebatur audacibus. Tunc uero
 omnes sacerdotes omnesq; Leuita sacra uasa
 proserenes ornatumq; iēpli, citharista etiā &
 cantores cū musicis organis procidebant ante
 multitudinē, & obnixissimē precabātur, ne illū
 iēpli honorē custodiu ēsse uellet, neq; ad direc-
 tionem uasorū sacrorum Romanos cōrū uenelijs
 incitaret. Erat autē uidere ipsos sacerdotū prin-
 cipes sparsis cinere capiibus, & pectora disru-
 pris uestibus nuda mōstrantes, nominatim sin-
 gulos quosq; nobiliū cōpellare, ac denuo in cō-
 mune multitudinē precari, ne ob modicū pecca-
 tuum patriā suam proderent his, qui direptione
 eius inhiarēt. Quam enim uilitatē uel militib-
 us esse de Iudeorū salutatione tribuendā, uel
 illis qua acciderant correctionē, si in præsentī
 procedere cessarent? At cōtrā, si officiose susci-
 perent solenniter uenientes, auerri Floro occa-
 sionē pugna: ipsos uero saluare patriā suam, &
 prouidere ne quid ultra quā pertulerāt, experi-
 rentur. His addunt, q; paucis seditionis, si tama
 multitudine iungantur, hoc magis ad pacificū con-
 filium suam debet autoritatē transferre. Tali
 horiatu multitudinē inflectētes, etiā ipsos sedi-
 tionis autores quosdā quidē minis, quosdā autē
 sui reverēia mitigauerūt: ac deinceps præceden-
 tes cum quiete omni populo sequēte, militibus
 obuiā prodierūt: iamq; cominus factos salua-
 merint.

uerunt. Illis autem nihil respondentibus, seditionis
Indeorum aduersum Florum, cuius haec fierent con-
silia, si ecclamauerunt: cōfessimq; milites cōpre-
hendentes eos, cedere fūstibus adorti sunt, atq;
in fugā uersos persequētes equites proculcabāt.
Corruerant autem mulei quidem cūm à Romanis
caderentur, plures autem cūm se muem̄ propelle-
rente. In ipsis autem portis granis facta est cōpres-
sio, & uno quoq; alterū præuenire cupiente tar-
dior fuga cunctis fiebat. Collabentiū uero durus
erat interitus. Suffocauit enim atq; conculcauit
miseri disperibant, & neq; ad sepulcrā quis-
quam proximis suis cognoscendus remanebat.
Bruebat autem etiā pariter milites immoderatè,
eos quos cōprehēdissent cadētes: & per ingres-
sum qui Bezerha vocauit destrudebat muleitu-
dinem, transire cupientes ut Ansoniā & tem-
plum obineret. Quos etiā Florus consecutus,
edaxie de regia eos qui secū erant, & in arcem
transire nitebatur. Frustratus tamē est eius im-
petus. Cōuersus quippe aduersum eos populis
repugnauit, & per tecta etiā dētes obruebat sa-
xis Romanos. Qui cū superne uenientibus sagit-
tis uincerentur, nec posse[n]e defendere multiu-
dinem qua per angustos arctabatur ingressu-
ad reliquū se exercitiū qui erat in regia recepe-
runt. Seditionis autem uerentes, ne superuenies di-
mno Florus templum occuparet, per Ansoniā ex-
templo ascendentes, porticos à templo ad Ansoniā

continentes interciderunt, quatenus avaritiam
Flori desperatione cōpescerent. Nam cūm diuis-
nis inhibaret thesauris, proq; his in Ammoniam
transfredi niteretur, ubi intercisas porticus ui-
dit, ab imperio cōquieuit: & cōnocans sacerdo-
rum principes atq; curiam, se quidē ait urbe di-
gredi, praesidiū tamē apud eos relinquere quan-
tum ipsi voluisse. Ad hac illis respōdentibus,
nihil nonandum fore, si unam tantū relinquereet
apud eos cohortē, dum tamen nō illam que cum
ciuibus paulo ante confixerat: ob ea siquidem
qua pertulere populum illis militibus infensum
esse: cohortē sicut precabanteur mutata, cum re-
liqua manu Cesaream regressus est.

De Politiano tribuno, & oratione Agrippae ad Ia-
deos, ad obediendum Romanis hortantis. C. XVI.

ALiud autē denuo pugna consilium cōni-
scens, resulit ad Cestium, & Iudeos dé-
fectionis criminales est: impudenti mēdacio il-
los perpetrasse dicens, quacunq; eos perdidisse
constabat. Nec sanè principes Hierosolymorum
qua gesta fuerant, tacuerūt: sed & ipsi & Bern-
ice ad Cestium de his que Florus iniuste in ur-
be egerat reculerunt. Ille autem suscepit literis
partis ueriusq; . quid factō opus esset cum prin-
cipibus deliberabat. Et quibusdā quidem vide-
batur, cum exercitu in Iudeam Cestiuon ire dé-
bere, & aut vindicare defectionē, si fuisset ad-
missa, aut magis fidos reddere Iudeos seruans
accō

nccolas. Ipsi tamen magis placuit aliquē de suis
 praire, qui ex negotia et consilia Iudeorū pos-
 set ei fideliter nuntiare. Misiit ergo tribunum
 Politianum, qui ab Alexandria reverentei
 Agrippa circa Iamniam occurrens, ex à quo
 fuisset missus, ex ob quas causas indicat. Quo
 loci Iudeorū etiā pontifices, ex reliqui nobiles,
 eorumq; curia adesse curauerāt, ut circa regem
 scilicet officia nouaret. Postea uero q̄ illum con-
 grua humanitate coluerūt, conquesstī sunt quām
 potuerūt flebiliter de calamitatibus propriis, ex
 inhumanitate Flori explicauerunt. Quāo licet
 argueret Agrippa, usque in inuclionē suam in Agrip-
 Iudeos transiulit, quoru maximè miserabatur, Ho-
 uolens scilicet frenare eorum motus: ut per hoc
 ipsum quod uideretur nihil perpesti iniuria, ab
 ulionis desineret appetitu. Ad hac ergo qui-
 cunq; egregij erant, ex proprie sua prædia desa-
 derabant quietē, intelligebat regis redarguicio-
 nem esse plenā benignitatis. Populus autē His-
 roslymorū sexaginta stadijs obuiam progressus,
 officiose Agrippam ex Politianū suscepit. La-
 mementabatur tamē imperfectos cōinges mulieres:
 quatrū plangoribus reliquis quoq; populus ad
 lanchia cōuersus, precabatur Agrippā ut genti
 consuleres. Succlamabāt etiam Politiano, ut in-
 gredereetur urbem, uideretq; que essent à Floro
 gesta: ex ita ostendebant forum deserium do-
 mosq; uastatas. Dcinceps uero per Agrippam

suadere Polissiano, ut is cum uno tamum famulo
 ad Siloam usq; totā circuiter ciuitatē: quatenus
 ipsis cognosceret oculis, Iudeos omnibus quidem
 alijs parere Rom. inis, soli autem Floro aduersari
 propter magnitudinē in eos facta crudelitatis.
 Ille igitur cum circuisset urbē, et mansuetudini
 populi sufficiens docimētū tenet, ascendi
 in templum, quō etiam multitudinē connocauit:
 Et cū plurimi verbis fidem eorū circa Roma-
 nos collaudasset, multa etiam ad cōseruationem
 pacis horeatus, adorauit Deum eiusq; sancta: in
 eo tamen confīstens loco, in quo licebat per reli-
 gionē: sicq; regressus ad Cestium est. Vulga au-
 tem Iudaorū, ad regem poneficesq; cōuersus pe-
 tebat, ne legati aduersum Florum ad Neronem
 misserentur, neq; de tanta cade tacentes suspicio-
 nem sua defictionis preberent: nisum iri quippe
 eos principes capiendorū armorū fuisse, nisi pra-
 venientes ostendissent illū esse qui dedisse exor-
 dium. Constatbat autē multitudinē non esse quie-
 turam, si legationē aliquis impeditisset. Ad haec
 Agrippa, ordinari quidē legatos, qui Florū ac-
 cusarent, inuidiosum puebat: despicere autem
 Iudeos in bella cōmotos neq; sibi expedire cer-
 nebas: ad hocata igitur concione in xylo,
 in suggesto consiliens germanā suam Berenī-
 cen, in Asamonaorū domo (ca siquidem xylo
 imminebat contra superiorē partem urbis: nam
 xylo templum et pons conjunctū) huiusmodi

orat

orationē habuit: Si quidem niderem us omnes
ad pugnādum cum Romanis esse incitatos, neq;
populi puriorem sucerissimamq; partē pacem
uelle seruire, neq; processissim ad nos, neq; con-
sulere confisus esset: supermacna quippe de uel-
libus oratio est, quādo omnium auditorū conspi-
rare ad deteriora consensu. Quoniam uero al-
quos quidem atas, malorum belli nescios facit,
quosdam uero iacon siderata spes libertatis: non
nullos uero auaritia succedit, & in confusione
rerum capiendum de inferioribus lucru: quem-
admodū ipsi ab hoc errore corriganter, & non
per paucorū improba consilia etiam boni dispe-
reane, existimari oportere, ut omnibus nobis in
unum coactis ea exponerem, que arbitror expe-
dire. Obstrepat autem nemō, si non ea audierit
que ipsius fert libido. His siquidem qui sume ad
desfectionē irrevocabiliter incitati, licebit etiam
post meos monitus manere in pristina uoluntate.
Mea autē etiam ad illos qui audire cupinne in-
sercipient oratio, nisi ab omnibus nobis silen-
tium prabeatur. Noni quidem quod mulci &
iniurias procuranijum provincias, & praecoxia
libertatis quasi tragicē prosequantur. Ego au-
tem priusquam discuiam qui sis. & conser-
uos bellum suscipere tēteris, primum separabo
causas, quas connexas purabis. Si enim uolato-
res nostros cupiis uicisci, cur libertatem magna-
lante accollitis? Si uero istud ipsum seruire in-

tolerabile ducitis, superflua est aduersum rectores querela: illis siquidē vel moderatissimè agen tibus, nihilominus turpe erit seruire. Considerate autē singillatim, & uidete quām exigua sit materia bellorū. Et primum quidem ipsa rectorum considerāda sunt crimina. Colere siquidem officijs, nō exasperare oportet iurgijs potestatem. Cum uero modicorum peccatorū exprobrationes maximas facitis, aduersum nos profecto eos quibus infertis contumelias irritatis. Relinquentes quippe & quod antea clanculo & cū quadam uerecundia nocebant, palam nos confidenterq; populaneur. Nihil autē ita plagas coercet ut patientia, & violatorum quies violentibus iniicit pudorem. Fac autē eos, qui à Romanis in provincias mittuntur, esse grauitet molestos, non tamen etiā Romani omnes violant nos, neq; ipse Caesar, aduersum quē pugnare uultis. Neq; enim ex precepto illorū improbus ad nos quisquam uenit: neq; possunt illi, qua in oriente geruer, positi in occidente conspicere: sed neq; facile ea qua hic sunt, illic audiuntur. Et autē impotensissimū, & propter exiguae causas, tantis, & ea de quibus querimur nescientibus, uelle configere. Et quidem nostrorū criminum cito erit fuerit corrētio: neq; enim unus atq; idem provincia sensper curam tenebit, & successores eius credibile est modestiores futuros. Morum autē semel bellum, neq; deponere facile est absq; magnis calamitatib

mitatibus, neq; sustinere. Libertatis uero bona
sufficientibus prouidendum atq; certandum est, ne
principio non ea careans. Molesta cuim est no-
uitas seruientis: quam ne utiq; subeas, iustum
suscipi certamen uideatur. Qui uero semel subie-
ctus est, ex deinceps deficie, certum max magis ser-
uus, quam amator libertatis ostenditur. Tunc
iguer oportuit omnia agere, ne susciperetur Ro-
mani, cum in provinciam Pompeius intraret.
Maiores uero nostri eorumq; reges, pecunia,
corporibus, animis modo nobis meliores, exigua
parti potentia Romana obsistere nequinerunt.
Vos autem qui hereditariam obedientiam susce-
pistis, rebus autem omnibus illos qui primi pa-
ruere longe inferiores esitis, contra omne Roma-
num regnum obsistere posse arbitramini? Ee
Athenienses quidem, qui ob Gracorum liber-
tatem pariam suam quondam ignibus tradere,
qui superbisimum illum Xerxes per terrā na-
sigantem, per mare uero ambularem, ex eius
classem non caperet ampliudo pelagi, latiorem
autem Europa duceret exercitum, huc inquam
cum una nave fugientem glorioissimè persecuti-
sunt: circa pariam autem Salaminam, qui tan-
tas opes Asia confregere, nunc tamen seruiunt
Romanis, ex illam regiam Gracie cinitatem
administrante Italia Iussiones. Lacedamonij
quoq; post Thermopylas, ex Platcas, ex Age-
stia uiam perscrutatum, eosdem dominos
uener

menerantur. Macedones uero qui adhuc penè
 imaginantur Philippū uidere cum Alexiādro
 promiserent sibi orbis imperium, ferunt tamē
 verum mutationē, & adorāt eos ad quos foren-
 na migravit. Alio quoq; multa gētes ad tiber-
 satem fiducia subnixa, & multo maiores, cesse-
 runt tamē & obedire: nos autē soli seruire de-
 dignamēti hiis, quibus uidetis universa esse sub-
 iecta. Quibus exercitibus, quibus confiditis ar-
 mis? Vbi est clas̄is uestra, qua pernagetur Ro-
 manorū maria? Vbi autem qui expensis possint
 sufficere thesauri? Contra Aegyptios foris au-
 Arabas existimatis nos bellū monere. Non cir-
 cumspicitis Romanorū imperiū? Non meimini
 uestrā imbecillitatem? Nonne scitis uestrā ciui-
 tate à conciūmis genib⁹ frequenter esse supe-
 raram? illorū autē nireus per totū orbem inuicta
 percurrit, inq; etiam hoc orbe plus aliquid que-
 fierū. Neq; enim sufficit eis ad orientē quidem
 totius Euphrates, ad septentrionē Ister, neq; in
 meridiē solitudine tenuis pscrutata Libya, neq;
 in occidente Gades: sed ultra oceanū alium qua-
 fierunt orbē. & usq; ad Britannias, inaccessas
 prius, arma & exercitū transulerunt. Quid er-
 go? Nōsne ditiones Gallis, fortiores Germanis,
 prudētores Gracis? postremo plures estis omni-
 bus in toto orbe degetibus? Que nos fiducia ad-
 versum Romanos erigit? Sed dices aliquis, ser-
 uire molestissimum est. At quanto magis id
 Gracis,

Gracis, qui uniuersis sub sole habitatibus vide-
erigerent. Filium nāq; Simonis Eleazarū, q̄uis Romanorum pradā, et crepas Cestio pecunias, et insuper his plurima ex thesauris publicis in potestate haberet, tamen nullis necessitatibus proposuerūt: quod et ipsum tyrannidus superbia viderent effterri, et iūq; studiosos sine imitatores, facillitum more uersari. Verū paulatim Eleazarus ambitione pecunia, itēq; astutia persuasit populo ut omnibus parerent. In Idumeā uero quos misseret, alios milieū duces optarūt. Iesum filiū Sappha, unū è pontificib⁹, et Eleazarū noui pontificis filiū. Nigro autem manderunt (qui iunc Idumeam regebat, ex regione trans Jordānē posua genus ducēs, unde Perates cognominabatur) ut ducibus obtemperaret. Sed ne alias quidē regiones omittendas ptebāt: nāq; in Hierichuntē Iosephus filius Simonis, et trans flumē Manasses, et Tannā Iohannes Ephaeus, toparchias administraturi missi sunt: huic autē Lydda, et Ioppe, et Amman erat addita. Gophnitica autē et Aerabatena regionū Ioānes, filius Anania, rector designatus est: et utriusq; Galilae Iosephus Matthia filius: huius autē prefectura iūcta erat et Gamala, munitissima ciuitatū que ibi fuere. Aliorū igitur rectorū, palacritate ac prudēcia sua, quisq; res sibi creditas administrabat. Iosephus autē cū in Galileā uenisset, primū cura habuit, indigenarū sibi conciliare benevolēiam: multo

sciēs ea cōfici posse, licet in alijs peccauisset. Deinde cōsiderato, q̄ potēissimos quidem amicos haberet si eos participes potestatis fecisset, omnē uero multitudinem si pleraq; per indigenas & consuetos fieri präciperet, L X X. de senioribus eius gēris prudētissimos elegit, eosq; rectores totius Galilae cōstituit. v i l. uero per singulas cūnitates minorū liriū indices: nā maiora negotia causasq; capitales ad se referre iussit, & illos L X X. Ceterū disposito p cūnitates iure quo inter se uerētur, etiā quēadmodū extrinsecus enti essent animaduerteri: cereuīq; in Galilæa Romanos esse ueniueros, oportuna loca muro cingebat, hoc est Iotapata, et Bersabee et S. lamen, necnō & Pereccho, & Iapha, & Sigoph, & monte cui nomē est Ihaburio, & Tarichcas, & Tiberiada: ad hac etiā circa Genesar lacū speluncas in ea qua inferior Galilea uocabatur muniuit. Superioris autē Galilæa Petrā que Achabronū dicitur, & S. ph. & Iamnieh, & Mero: in Gaulanitide uero Seleucia, & Soganc, & Gamalā munitione circūdeedit. Solis autē Stepphotitis permisū, ut murū sibi mettis fabricarent: q̄ eos pecuniosos esse, et ad bellū promptos, etiā fine præceptio, uideret. Similiter autē Gischalā, Josephi iussu per se muro cinxit Ioannes Leuia filius. Ceteris autem castellis omnibus ipse Iosephus intererat, iubēdo simul atq; opem ferēdo. Quin et exercitū ex Galilea, supra c. milia uitorum

orum comparauit, quos omnes undiq; collectio
armis ueteribus instruebat. Deinde reputas, hoc
maxime Romanorū iniunctā esse uirem, qd dicto
essent audiētes rectoribus suis, et armorū exer-
citioni operā dare, doctrinā qdē urgēte ne-
cessitate despexit: parēdi autē facultatem ratus
regenī multitudine posse cōtingere, ita ut Ro-
manī solēt diuisu exercitiū, pluresq; fecit ordinū
principes: diuersisq; militū generibus cōstitutis,
alios decadarchis, alios centurionibus, alios tri-
bunis subdidit: & insuper his ipsis rectores, ma-
iorū rerū administratores dedit. Docibatq; si-
gnorū disciplinas, & prouocationes renocatio-
nesq; buccinarū, & principia cornū, & cir-
cūductiones, & quēadmodū oporteret laborā-
eibus succurrere fortiores, et cū defatigatis par-
siri pericula: quaq; ad foreitudinē animi corpo-
risq; tolerantiā pertineret, instruebat. Maximē
merò eos erudiebat ad bellū, usquequaq; Roma-
norū referēs disciplinā, et qd cū uiris essent pre-
parati, q & uiribus corporis, & animi obſti-
natione, enīm penē orbē terræ superassent. His
addidit, quo pacto belli iepore suis essent pari-
curi præceptis, iam nūc periculū se facturū, si cō-
succis delictis, hoc est, furtis & lacrocinijs &
rapinis abstinuissent: sed neque aut gentilibus
fraude facerent, aut consuetissimorum damna
propriū quāstū putarent. Illa enim bella optimē
administrari, quorū milites bona conscientiam

gereret: qui uero per se prausi fuissent, his non salvū inimicos, sed etiā Deū hostem futurū. Multa in huc modū admonendo persecrabat. Et iam quidē quantū pratio parandū esset, cōflatū erat. Nam L. X. pedieū milia, C C L. equites, ac preter hos etiam mercenarios, quibus maximè fretus erat, habebat I I I I. milia quingētos: necnō et sexcentos circa se electos custodes corporis atq; scutellites. Exceptis autē mercenariis, facile ceteri milites à ciuitatibus alebauerū: namq; singula quas enumerauimus, cum medianam sui multitudinem mitterent in miliciam, reliquos ad cōparandum eis uictū tenebant: ut pars armis, atq; alia pars faciēdū operibus dirimeretur, et armarū securitatē repēderet fuggeretib. cōmeatu.

De Iosephi periculis & euasione, & Ioannis Giscala malitia.

C A P. XXVI.

Iosepho autē hoc modo administranti Galilæa, insurrexit quidā insidiator, patria Giscala ortus, Leniae filius, nomine Ioānes, callidissimus, ac dolis plenus, et nequitia quidē nobilissima omniū: antea uero pauper, et aliquādī malitia sua impedimentū passus inopiat, facile metiri paratus, mirusq; fidē adhibere mendacio: et qui fallaciā uirentē putares, eaq; adversus amicissimos uiteretur: simulator humilitatis, et spe lucri appetētissima cadiū: q semper quidē immoderata cōcupisset, spem uero leuioribus maleficiis aliuisset. Lauro enim erat, suā moris,

moris, ac solitarius: deinde etiā comitatū innen-
 nit audacie, primò quidē parnū, ampliorē autē
 proficiēs. Cura autē habebat, neminē ignatum
 asciscere: sed qui ex habitudine corporis, ex
 animi magnitudine, bellorūq; peritia præstare,
 hos eligebat: donec cccc. viitorū catervā con-
 gregauit, quorū plures ex Tyriorum finibus ex-
 uicis erāe. Isq; omnē Galilæa depopulabatur, et
 multos furei belli metu suspēsos lacerabat. Hūc
 igitur iamdudū regēdi milites cupientē, ex ma-
 iora desiderāe, diu pecunia retardabat inopia:
 cūq; wideret Iosephū sua industria letari, p̄suadet
 ei primū, ut fabricādi muri parria sollicitu-
 dinē sibi cōnuerteret: in qua re quæstus magnos
 à locupletibus fecit. Deinde callidissima fronde
 cōposita, uelut oleo, quod nō à gētilibus suis tra-
 Etatū esset, ne i cauerēt omnes apud Syriā Iudai,
 ut ad cōfinia oleū muteret̄ depoposcit: nūmoq;
 Tyrio, qui quatuor Atticos sacret, emptis qua-
 tuor amphoris, eodē precio amphora dimodium
 uenīdahat: cūq; Galilea ferax esset olei, maxi-
 mè illo tēpore magna ubertate redūdaret, in ea
 loca ubi erat penuria solus mulierūq; mutiēdo,
 infinitā summam pecunia cōgregauit: qua mox
 in eū usus est, qui hoc sibi beneficiū præstisset.
 Deniq; existimās si Iosephū deposisset, recto-
 rē se Galilea fureū, quibus praeræ laeronibus
 imperavit pradam uehementius exercere, quo
 maliis rebus nonis per eas regiones excitari.

aut infidys alicubi rectorē perimeret, si cui ferre auxiliū: aut si laurocinia negligereret, ob hoc cū apud indigenas accusaret. Iamdudū autē res mores dissipauerat, q̄ res Galilaei Iosephus Romanis prodere cogitaret: multaq; in hunc modū ad eius perniciē cōparabat. Itaq; illo tēpore, cū quidā ex uico Dabaritarū, in magno cāpo emfodias agētes, Ptolemeū Agrippa ex Berenices p̄ curatore aggressi, omnes quas serebat sar- cinas abstulissent, in quib⁹ erat nō pauca uestes preciosæ, plurimaq; argētae pocula, & vī c. au- rei, neq; hāc prādā occultè administrare poemis- scunt, omnia Taricheas ad Iosephū cōporarunt. Ille autē reprehēsa uolētia, quā regūs ineu- lissent, reponi res ablatas apud aliquē eius ciu- ratis potētissimū inbet: paratus eas dominis op- portunè remittere: unde maximū ei pericula cō- paratiū est: nāq; rapiores earū, quia prāda nullā parem accepissent, egrē scerentes, & perspiciē- tes q̄ Iosephus cogitauerat laborē suū regibus cōdonare, per uicos nocte discurrūt, omnibusq; prādicant Iosephū proditore esse: eodēq; tumultu ciuitates proximas repleuerūt, adeo ut c. ar- matorum milia contra Iosephū prima luce cō- currerent. Deniq; multitudine quidem, in circos apud Taricheas congregata, plurima per iracū- diam conclamabat, parsim deponi, parsim con- cremari uociferans proditore: plerosq; autē in- citabat Ioannes, ex cū eo Iesu quidā Sappha filius,

filius, tunc magistratus Tiberiadis. Iosephi igitur amici et satellites, tanca mulierudinis in cursu perictriti, omnes prater quoniam diffugerunt. Ipse uero dormiens, propè cum iam ignis ad moureatur exurgit: et monenteibus eum quoniam qui remanserat ut fugeret, neque solitudine sua, neque illorum qui conera se uenerat copys perebarus, in conspectu illorum profiliat, neque discessa, infusoque capiti puluere, auersisque post tergum manibus, suoque cernici gladio annexo. Hac autem amicus ei, maxime Taricheatas ad misericordiam comedranti. Rustica uero plebs, et fastidiorum, quibus molestior videbatur, non sine maledictis cum iubebant publicas proferre pecunias, et facta proditoris fuerit: nam ex habitu eius opinabantur, nihil eorum de quibus nata fuerat suspicio, penitus negauerunt: et imperante uenie causa fecisse omnia que misericordiam provocarent. At illius ista humilitas consilium praestuebat: et contra se indignates arie circuueniens, ut super his, unde irascerentur, inter se ipsi discordaret, omnia confessurum se pollicetur. Deinde sibi loquendi facultate concessa, Ego, inquit, has pecunias neque Agrippa remittere cogitabam, neque in propria lucra conuertere: absque enim, ut amicu patrem unquam, qui uobis sic iniurias: aut quantum ex re capiam, que uos communiter ledere. Sed quia videbam Taricheatas, maximè ciuitatem uestra munitionis egere, et

ad extruenda moenia minus habere pecunia,
timebamq; Tiberiensem populu, q; alias ci-
tates rapis pecunys inhiantes, pedetemus eas
reimere decreui, ut nos muro circudare. Si hoc
non uidetur, profero quas ablata sunt, q; diri-
pienda propono. Sin recte cōsulsi, bene de nobis
meritū coēceris. Hac Taricheata quidem ab eo
dicta, cū favore receperūs: Tiberiēses uero cum
alijs deprauādo, insup etiā minitabātur: ueriq;
autē relicto Iosepho, inter se litigabant. Ille au-
tem fatus iam secū sentiētibus (erāt enim pro-
pè ad x l. milia Taricheata) cum muleitudi-
ne liberius loquebatur: miliūq; in eorū temeri-
tate inuestitus, ex præsenti quidē pecunia Tar-
icheā ait esse munīdā: cura autē sibi fore simi-
liter, ne etiā catēra ita sint ciuitates: nec enim
pecunias defore, si cōcordari uelint in eos, unde
parāda sunt, q; non in eum moucātur qui pa-
rat. Itaq; tū alia quidē multitudo qua decepia
fuerat, quāvis irata recedebat: duo uero arma-
torum milia imperū in eū fecere: cūq; se ille re-
cto ante recepisset, instabat ei minitantes. Iterū
autem Iosephus in hos quoq; aleera fraude uici-
tar: cūq; in summum rectum euasisset, cōpresso
dextera strepīm, nescire ait se, quid peterēt sibi
præstari, uoces enim se non exaudire confusas:
omnia uero que imberēt esse facturū, si aliquos
intromisissent, qui secū otiosē colloquerentur.
His auditis, illico uobiliores cum magistrisbus
ad

ad eū ingrediuntur: quos ille in intimes adiuvum
partes inductos, clausa ianua tādis uerberant,
quoad omniū viscera nudata sunt. Circumstabat
autē in eis populus, existimās eos prolixis al-
legationibus occidere, cū subito Iosephus fori-
bus patescens, cruentos eos dimisit: unde tanto
terrore qui minabātur affecti sunt, ut projectis
armis auferret. Ob hac Ioānis etiā aīq; etiam
crescebat inuidia, aliasq; nihilominus Iosepho
moliebat insidias: morboq; simulacrum epistolā
postulauit, ut sibi medicina grata Tiberiēfibus
aquis calidis uti pmitteret. Iosephus autē, quia
nondū ei suspectus erat insidiator, ad prefectos
civitatis literas fecit, ut ex hospitiū ex nēfilia
Ioāni praberent. Quibus ille potius, biduo post
eū rei causa uenerat agebat: ex his fronde
circūuentia, alijs uero pecunia corruptis, ne Iosephū
desereret persuasit. His autē cognitus Si-
las quē Iosephus custodia praeponuerat, properò
de insidiis ei scripsit: aīq; ille accepta epistola,
noctuq; itinere maturato, matutinū ad Tibe-
riadē perueni. Et catena quidē muliendo ob-
niā ei processit: Ioannes autē, quānis eū contra
se uenirū esse suspicaretur, tamen missō quodā
ex notis, infirmitate simulata, q; lectulo detine-
retur, obsequio se se defuisse mādanit. Tiberien-
fibus autē à Iosepho in stadiū Congregatis, ne
ad eos qua sibi scripta fuerant loqucrentur, mis-
sis armatis Ioannes iūs sic eū interfici. Quos eū

iam nudare gladios perspexisset, populus excla-
 manit: atq; ita concursus ad eum vocē Iosephus,
 ubi ferrū propè ingulo suo imminere prospexit,
 in lictus desilijē ē cumulo, exelso cubitis sex, in
 quo herba faciēs cū populo steterat: ascēsaq; in-
 de naucula cū duobus satellitiib; suis, qua illus
 applicuerat, in mediū lacū refugit: milites uero
 eius, illico raptis armis, cōtra infidiatores irrue-
 bant. Mox autē ueritus Iosephus ne bello inse-
 stino concitatio, prope et paucorū inuidiā ciuitas
 consumeretur, nuntiū suis misit, qui eos mone-
 ret, ne proprietatem salutis cōsulerent, neq; ue-
 ro quenquā uel occiderent, uel arguerent noxio-
 rū. Et illi quidē dicto parētes, conquieverunt:
 qui uero circū ciuitatē per agros habitabāt, an-
 ditis insidys, & quis earū fabricator esset, cōtra
 Ioannē ueniebant: sed ille prius in Giscala pa-
 triā suam fuga receptus est. At Galilai totis
 iam ciuitatibus ad Iosephū cōfluebant, & cū
 milia essent armatorum milia cōgregata, qui se
 aduersus Ioannē cōmunē infidiatore adeisse cla-
 mabāt: unaq; cū eo ciuitatē qua illū suscepisset,
 ignibus tradiebros: ad ea Iosephus, probare se
 quidem eorum benevolentiam, imperū autē co-
 hibendū esse dicebat: prudenter magis inimicos
 eos uincere cupiens, quam perire. His uero,
 qui de singulis ciuitatibus cum Ioanne rebel-
 lassent, nominatim exceptis, quippe alacri ani-
 mo suos quisq; populus indicabat, praecolum
 uoce

voce denunciabat, intra v. dies eorum quā Ioa-
 nem non reliquissent, patrimonia diripienda, do-
 mosq; eorum cum familiis exirendas. Et tria
 quidē milia statim ab eo remocantur, qui profugū
 ante pedes eius arma proiecerunt: cum reliqui
 ante Ioannes propè mille Syris fugientibus, trāstu-
 bit se iterū in occulas insidias ex apertis: ac per
 tunieos in Eacrosolymā clam missos, Josephum
 accusabat, qd magnū exercitū collegisset: iamq;
 nisi præueniatur ui, tyrannus metropolos uen-
 turus esset. Verū ea populus quidem præsciens
 negligebat: limore autem poenitentes, nōnulliq; ma-
 gistratum clam pecunias ad comparandos mer-
 cenarios milites misere Ioanni, ut per eos bellū
 cum Iosepho gereret: decretuq; inter se cōcep-
 rute, quo idē Iosephus militum administratio-
 ne decederet: non tamē id satis esse credebant:
 ideoq; duo milia et D. armatos, et 111. me-
 scrunt nobiles viros, iurisperii filiū Iazarum
 et Ananiā Sadduceū, et Simonē et Iudam
 Ionaibā filios, omnes eloquentia ualidissimos:
 ut eorū scilicet monitu auerteretur ab Iosepho
 benevolentia multitudinis: et si quidem ipse spō-
 se sua uenires, parerent ut rationem redde-
 re: si remanere cōtenderet, pro hoste haberēt.
 Amici autem Iosepho militem quidem ad eū
 meneturum esse perscripsent, causam uero nō
 indicauerūt, quoniam secreta fuit inimicorū
 ē eius cōsilium: unde factū est, ut quia praecauere

non posuit, quatuor statim ciuitates ad inimicos transiret: hoc est, Sepphoris, et Gamala, et Giscala, et Tiberias: quas tamen cōtinuò sine armis recepit: captios autē quatuor duces consiliis armatorūq; fortissimos, remisit Hierosolymam: cōtra quos populus hanc mediocri indignatione commotus, et ipsos, et à quibus premisi fuerant, interfocisset, nisi ante fugissent.

Tiberias à Iosepho recuperatur & Sepphoris.

CAP. XXVII.

Ioannem uero iam intra muros Gischala, Iosephi timor custodiebat. Et paucis diebus post iterum rebellauit Tiberias, habitatoribus Agrippā regē vocatis. Et cū ille constiuentie die ad eos nō uenisset, pauciq; Romani equites ibi tum cōparuisse, à Iosepho defecerunt. Hisq; apud Taricheas cognitis, Iosephus qui milites frumentariū miserat, neq; solus egredi cōtra desertores, neq; se cōuinere pariebatur, metuēs nondum ipse tardares, repūciū ciuitatē occuparet: nec enim posterò die obstante sabbato quicquā facere poterat: itaq; dolo eos qui se deseruerāt circumuenire cogitabat. Et portas quidē Tarichearum claudi insis, ne quis cōsiliū suū illis proderet, cōtra quos suscipiebatur: omnibus autē scaphis quas in lacu cōperit congregatis (ducenta autē et xx, fuerunt, quaterniq; nam nō amplius singulis incrāt) matrē ad Tiberiadē navigat: cuq; tanto ab eo distaret spacio, unde facile

cile uideri non posset, inanibus scaphis in salo
relictis, septē ipse solos inermes satellites secum
habens, propius ut cōspiceretur accessus. Quē cū
inimici adhuc maledicētes ei ex muro cōspexiſ-
sent, metu perterriti. Et scaphas armatorū esse
plenas existimātes, arma proīciunt: manusq; sup-
plies agitātes, ut ciuitati parceret precabātur.
Iosephus autē, postquā multis eos minis Et ex-
probracionibus caſtilauit: primū q; bello cōtra
pop. Ro. suscepto, in eſlinis dissensionibus vires
suas anē cōſumerēt, inimicorūq; nota cōplerēt:
deinde, q; ſecuritatis ſue curatōe de medio ſol-
lere properarēt, ciuitatemq; nō erubeferēt ſibi
clandere, quād cāmuro ciuiſſet: nō repudiauſſu
ſe ait, ſi quād ſibi ſatisfacerēt, quibus interuenien-
tibus amicitia cū ciuitate firmaret. Itaq; ſtatim
ad eū decē Tiberiensū poſetiſſimi deſcenderūt.
His autē in una receperis nauiculā pifcatoriā, et
procul abductis, alios L. ſenatores uenire iuſſit,
maximē nobiles, uelut illi quoq; fidē ſibi pra-
btere deberēt. Deinde nouas cauſationes exco-
gitans, alios insuper acq; alios obreniu ſoſderis
euocabat: neq; matutē Taricheas recurrerēt, gne-
bernatorib⁹ nauium repletarū imperabat: quosq;
anexiffere, in carcere collocaſerēt: donec omnem
curiā, qua D C, haberet viros, duoq; millia popu-
lariū cōprehēſa in Taricheas ſcaphis abduxit.
Reliquis autē uociferantibus, Clitū quendā eſſe
principiū deſectionis auſorē, irāq; ipsius poena
illius.

illius precātibus satiari, nullū quidem Josephus
nolebas occidere: suorū uero satellītū quendam
Leuiā egredi iussit, qui Cliti manus abscederet.
Cum uero is prae timore solū se globo inimicorū
cōmissurum negaret, eaq; causa indignari Josephum
stantem in scapha uideret, ipsumq; uelle
descendere, ac de se suppliciū sumere, ut saluē
unā manū sibi cōcederet, orabat: neq; hoc ab-
nuente Josepho, dūmodo alterā sibi metuēt Clites
ipse praecideret, educto ille dextera gladio, leuā
sibi trūcauit: tātus eū timor Josephi innaserat.
Ita tūc Josephus uacuis scaphis, & satellitibus
vīlī populo capto, rursus Tiberiadē sibi socia-
uit. Paucis autē diebus pōst, Gischalam qua cū
Sepphoritis defecerat, militibus depredari per-
misit, omnemq; pradam conquisitā popularibus
reddidit. Similiter etiam Sepphoritis & Tibe-
riensibus. Nam & hos captos rapinārū danno
corrigere uoluit: & redhibitione rerum rursus
eos ad benevolentiam renocare.

Quomodo Hierosolymitæ bello se præparauerint:
deq; Simonis Gioræ tyrannide. C A P. XXXIII.

Hactenus apud Galileam motus erat,
iamq; ab incētiniis dissensionibus quie-
scentes, aduersus Rom. instruebātur. Hierosoly-
mis autē Ananus pōrifex & potenterores, qui
nō cū Romanorū parte sentiret, muros instau-
rare properabāt: multaq; bellica inservientia,
perq; omne oppidum sagitta, aliaq; arma fa-
bricare

bricatur: ex exercitationibus insis manus in-
 nenum operam dabant. Erantq; universa plena
 tumultus, magnaq; tristitia moderatos occupa-
 tur: multiq; futuras clades prospicientes, fle-
 cum cohibere non poterant: infestaq; pacem
 cupientibus omnia videbantur. Belli autem in-
 cencoribus, qua illis placerent, ex tempore finis
 gebantur: statusq; iam tunc quasi peritura ci-
 vicitatis erat, anequam Romani ueniret. Ana-
 no autem apparatus belli omittere cura fuit:
 ex seditionum, quos Zelotas vocabat ancen-
 tiam ad utiliora conuertere: qui tamen uictus
 est. Ex quis illius finis fuerit in posterioribus
 explanabitur. At in Acrabacena copar-
 chia Giore filius Simon, multis nouarum re-
 rum cupidis congregatus, ad rapinas conuersus,
 non solum in domos locupletum irrumpebat,
 uerum etiam corpora uerberibus conficiebat:
 iamq; tunc palam tyrannidem incepitabat. Ab
 Anano autem missis aduersus eum milibus
 magistratum, ad laerones qui erant Masa-
 da, cum his quos habebat, effugit: ibi q; ma-
 nens, donec Ananus ex aliis eius inimici per-
 emperit. Idum ac cum ceteris populaba-
 tur: adeo ut magistratus eius gentis, proprie-
 tadium multitudinem ex predarum assidua-
 tem, collecto milite, uicos praefidijs tueren-
 tur. Et Iudaorum quidem res ita habebant.

F L. I O S E P H I D E
B E L L O I V D A I C O
L I B E R III.

De Vespasiani ducis aduentu, & clade duplicitate
Iudeorum.

C A P. I.



ERONEM autem, ubi res apud Iudeam non prospere geestas accepit, latens quidem, quod necesse fuit, cum timore stupor inuadie: aperte autem superbia simulans ultrò etiam indignabatur: magisque ducis negligētia, quam uirtute hostium que contigerat facta esse dicebat: decere se putās, propter pondus imperij tristiora contēnere, uiderique malis omnibus superiorē animū gerere: uerū tamē curis arguebatur mentis eius perturbatio, cum deliberaret cuiam cōmotum crederet orientē, qui una eorum Iudaos rebellantes uicisceretur, proximasque his nationes simul morbo correptas ante caperet. Inuenit igitur solū Vespasianū his necessitatibus pare, eorum qui tanti belli magnitudinē suscipere posset, virū ab adolescētia usque ad senectutem bellis exercitatum, eorum qui pop. Ro. iam pridem pacasset occidente, Germanorum tumultu concussum: armisque ante illud tempus incognitam Britanniam uendicasset: unde patri quoque ipsius Claudio praſliterat, ut sine proprio fudo re triumphares. Itaque his omnibus frēus, atque illius-

illius cum peritia stabilem cernēs, obfidesq; fi-
dei liberos, eorumq; florem manus esse paterna
prudentia, iam iū fortasse de tota rep. Deo ali-
quid ordināte, mutat cum ad regēdos exercitus
in Syria cōstitutos, muleus pro tempore blādinen-
tis atq; obsequijs animatū, qualia necessitas im-
perare cōsuevit. Ille autē protinus ex Achaea,
ubi cū Nerone fuerat, Titum quidē filiū suum
mittit Alexandriā, ut inde quinā itemq; de-
cimā legiones moueret: ipse uero transmissus ad
Helleponē, terreno itinere in Syriā peruenit,
ibiq; Romanas vires, multaq; à vicinis regibus
auxilia cōgregauit. At Iudei post malam Ces̄tiū
pugnā insperata felicitate sublati, animorū im-
petus cohibere non poterāt: sed tanquā fortuna
eos exagitāte pereiti, bellū uicerius producebāt.
Deniq; omni, quanta fuit, manu pugnacissima
cōgregata, Ascalonem petierūt: ea est ciuitas
antiqua, D C C. C. x x. stadiorū spacio ab Hi-
erosolyma distās, q̄r Iudeis semper innisa: que-
res fecit, ut etiā tūc primis eoru incursibus pro-
pior uidetur. Tres autē viros aggressionis du-
ces habebant, q̄r corporibus q̄r prudētia pre-
stansissimos, Nigrum Perditā, q̄r Silam Baby-
lonium, q̄r Ioannē Effenū. Ascalon uero uale
dis̄simō quidē muro ciuita erat, sed uacua penē
praesidūs: una enim cohors campeditū q̄r una
equitum ala tuebatur, cui praefectus erat An-
tonius. Illi igitur ira mulia uelocius itinere

peracto, et si ex propinquuo ueniret, præsto erā. Antonius uero (nec enim eoru fore imperū ne-
 sciebat) equites iam ex ciuitate duxerat, et neq;
 multitudinē uerius uel audaciā, primas hostiū
 coitiones fortiter sustinuit, murumq; properan-
 tes aggredi refrenauit. Itaq; Iudei, qui cū peri-
 oribus imperii, & pedites cū equitibus, cum
 filiatis autē inordinati, leniterq; armati cū in-
 structis, plusq; indignationi quā cōsilio tribuen-
 tes, cū morigeris & nutu rectoris omnia faciē-
 tibus dimicabant, facile profligātur: nam ut se-
 mel eorum primo ab equitibus turbata sunt
 acies, fugā p̄ciūt: & murū uersus se à tergo ir-
 gentibus incidentes, suimetipsi hostes erant, do-
 nec omnes incurſibus equitu uicti, per totū cam-
 pum dispersi sunt, qui fuit plurimus, totusq; ha-
 bilis equitantibus: quod quidē Romanos iunir,
 ut magna cade Iudeos proſterreret: nam & fu-
 gientes prauerīdo, cursu in eos fleblebāt: &
 quos occupassent, curriculo trāfigēdo infinitos
 peremere. Alij uero alios quo cūq; se uereiffens
 circūdatos, exagitantes facile iaculis opprime-
 bant. Et Iudei quidē propria multiendo, per
 desperationē salutis, solitudo uidebantur: Roma-
 ni uero licet ad pugnā pauci essent, rebus i. tuē
 secūdis animati, ctiā superfluere se putabāt. Es
 illi quidē res aduersas superare cereantes, dum
 puder ctiō fugere, mutari fortunam sperant: Ro-
 mani autē, in his qua prosperè agerent minimè
 delissa

delassati, ad maiorem usq; dici partem pugnam pro-
trahunt: donec Indiaorum quidem perempta sunt
x. millia, duoq; duces Ioannes & Silas: ceteri
nemo plerique saucij, cum Nigro, qui unus restabat ex ducibus, in oppidu Idumae, quod Salis
diceret, cōfugere. Nonnulli tamē etiam Romano-
rum in illo pratio vulnerati sunt. Sed non In-
daorum spiritus clade tamē sedatus est, multoq;
magis corū dolor incitauit audaciam: & con-
temnetes quantū ante pedes mortuorū jaceret,
priſlinis rebus feliciter gestis ad cladē alierans
illuciebantur. Deniq; parvo tēpore intermisso,
quod ne curandus quidem vulneribus satis esset,
cūclisq; aggregatis viribus, maiore cū indigna-
tione multoq; plures Aſcalonē recurrebā, ea-
dem se prater imperitiā aliaq; belli uita, comi-
sanee forenta. Etenim cū Antonius quā trāſi-
zuri fuerant, posuisset insidias, ex improniſo in
eas delapsi ei ab equitibus circūdati, prius quā
se ad pugnam cōponerent, iterū ſuper v. l. i. i. mil-
lia proculuerut, ceteri uero omnes auſfugerunt:
eumq; his Niger nulis dum fuderet magni a-
nimis facinoribus demōstratis, & quoniā hostes
inſtareret, in turrim quandā utiſimā cōpellūtur
cuiusdā uici, cui nomē eft Bezēdel. Antonius
nemo cum ſuis ne uel moras circum turris, qua
inexpugnabilis eſſet, diu tērerent, uel ducē ho-
ſium fortissimū uiuum relinquente, ignē mu-
ro ſupponente: iurriq; inflamata, Romani quidē

exultantes recedunt, quasi etiā Nigro consumpto: ille autē in castelli specus intimum ex turris salutē demissus evasit: triduoq; post sociis cū flebile eum ad sepulcrā inuestigatibus sese ostendit, gaudioq; insperato replevit omnes Iudeos, sanquā Dei prouidentia dux eis in posterū seruans. At Vespasianus Antiochiae exercitu addulco (qua Syria metropolis est, magnitudine simul aliaq; felicitate sine dubio terrium inter omnes qua in Rom. orbe sunt locū obtinens) ubi etiam aduentū suū regē Agrippā cū omni manu propria offenderat prestolari, ad Ptolemaidem properabat. In hac autē ciuitate occurrerunt ei Sepphorite cines oppidum Galilae co-lentes, soli mēte pacata: qui tam sua salutis prouidentia soliciti, quā Romanarū virium gnari, etiā prius quā Vespasianus ueniret, Cestio Gallo fidē dederant, dextrasq; innixerat, praesidiūq; militare suscepserant: tunc quoq; benignissimè duce suscepito, alacri animo etiam contra gentiles suos auxilia promiserunt: Quibus interim Vespasianus praesidiū causa poscētibus, equitum peditumq; canum numerum tradidit, quantum obstatre posse arbitrabatur incurribus, si quid Iudei commouere tentassent. Non enim minimum esse uidebatur futuri belli periculum, auferri ciuitatem Sepphorim Galilae maximam & in loco euriſſimo conditam, totiusq; gentis futuram praesidio.

Descrip

Descriptio Galilee, Samarie & Iudee. CAP. II.

DVae sunt autem Galilee, que superior &
inferior appellantur, easq; Phoenice &
Syria cingunt. Discernit uero ab occidente Po-
lemais territorij sui finibus, & quondam Gali-
leorum, nunc autem Tyriorum mons Carmelus:
cui coniuncta est Gabaa civitas equis, que sic
appellantur, eo quod equites ab Herode rege di-
missi, coloni eò deducebantur. A meridie au-
tem Samarieis & Scythopolis, usq; ad flumen
Iordanem. Ab oriente uero Hippene & Ga-
daris, sed & Gaulanitis definir, qui etiam regni
Agrippa fines sunt. Septentrionalis autem eius
extremus Tyro, itemq; Tyriorum finibus termina-
tur. Inferioris quidem Galilee longitudo à Ti-
beriade usq; ad Zabulon, cui uicina est in locis
maritimis Polemais, protenditur. Latitudine
autem patet à uico X. stadiis, qui in magno campo
suum est, usq; ad Bersaben: unde etiam superio-
ris Galilee latitudo incipit usq; ad Baca ui-
cum, qui terram dirimit Tyriorum. Longitudo
uero eius à Thella uico Jordani proximo usq;
ad Meroth exteditur. Sed cum tanta sint utraq;
magnitudine, tantisq; gentibus alienigenis cin-
ete, semper tamen omnibus belli periculis resti-
turrne: nam & pugnaces sunt ab infanteia Ga-
lliae, & omni tempore plurimi, neq; aut formido
nunquam uiros aut eorum penuria regiones il-
iae occupauit: quoniam tota optima ac fereiles

sunt, omniumq; generum arboribus confitae,
 ut etiam minime agricultura studiosos uberrare
 sua prouocent: deniq; exculte sunt ab incolis to-
 ra, nec pars ulla est caro otiosa: quin ex cinica-
 rebus ibi crebra sunt, & ubiq; multitudine uicorū
 propter opulentiam populoſa, ut qui ſie minimus,
 ſupra quindecim mullia colonorū habeat: pror-
 fuit ut etiam ſi quis magnitudine minorē Galil-
 ae dixerit, quā trans fluuiū regionē, uiribus
 tamē eā prætulerit: hec enim univerſa colitur,
 tota fructuū ferax: at illa qua trans fluuē eſt,
 licet multo maior ſie, pleraq; tamen aspera atq;
 deserta eſt, & nutritiſis fructibus māſuetis in-
 habiliſ. Peræ ſanè mollicies & ingeniuū fru-
 ctuofum, cāpos habet cūm uarijs arboribus con-
 ſuos, cum maximē olinetis ac uineis & palme-
 ris exculcos: irrigatur autē abunde mōitanis eorū
 renibus, & fontibus aque perēni, quoties illi
 Sirio aſtrante defecerint. Et longitudo quidē
 eius eſt à Macharunte in Pellam, latitudo uero
 à Philadelphia uſq; ad Iordanē. Et Pella qui-
 dem quā ſuprā diximus, ſepe centronalis eius eſt
 tractus, occiduus uero Iordanis: meridianū an-
 tecm Moabitis regio terminat: ab oriente autem
 Arabia & Silbonitide, necnon & Philadelphia, itēq;
 Gerasis clauditur. Samariensis autē re-
 gion, inter Iudeā qdē & Galilā ſita eſt, incipiēs
 enim a uico in planicie posito, cui nomē eſt Gi-
 naea, in Acrabatenā deſinit toparchiā: ſed na-
 chra

natura nihil à Iudea discrepat: nem̄ c̄ utraque montosa sunt c̄ campestres, agrosq; colendo molles etq; optima, necnon c̄ arboribus plena: pomisq; iam sylvestribus quam mansuetis abutu dant, eo quod natura sunt arida, imbrimantq; sa- sis habent: dulces autē per eas supra modū aqua sunt, boniq; graminis copia praeer alias earum pecora lactis abundā: quodq; maximū uiruntis aq; opulētia specimē est, ueraq; uiris reserta est. Harū confiniū est Anuach nicus, qui etiā Bor- ceos appellatur, Iudea limes à sepiētrione. Me- ridiana uero pars eius, si in longitudinē metia- re, adiacēti uico Arabū finibus terminatur, cui nomen est Iordan. Latitudo sanè à Jordane flu- mine usq; ad Toppem explicat. Media uero eius est Hierosolyma: unde quidam non sine ratiōne, umbilicū eius terre, eā urbē uocauerūt. Sed nec marinis quidē Iudea delitūs caret, ad Ptolemai- dem usq; locis extēta maritimis. In undecim au- tem series diuisa est: quarū prima est tanq; regia Hierosolyma, prae ceteris inter omnes accolue eminens, uelut caput in corpore: alijs uero post hāc soparchia sunt distributa. Gophna est secun- da, c̄ post eam Acrabata, adhuc Thamna, c̄ Lydda, itemq; Ammaus, c̄ Pella, et Idumea. C̄ Engadda, c̄ Herodiū, c̄ Hiericus: dcinde Iannia et Ioppe finitimi presunt. et preter has Gamalitica, et Gaulanitis, et Batanaea, c̄ Tra- chonitis: qua etiā regni Agrippa partes sunt.

Eadem uero terra incipiēs à monte Libano & fontibus Iordanis, usq; ad Tiberiadi proximum lacū, latitudine pāditur: à uico autē q; appellatur Arphas, ad Iuliada oppidū longitudine cēdit, & habitat ab incolis Indais Syruq; permixtis.

De auxilio Sepphoritis missio & Romanorum disciplina militari.

C A P. III.

DE Iudea quidem, & quibus esset cincta regionibus, quam maximè potui breuiter exposui. Quod autē Vespasianus misserat auxiliū Sepphoritis, hoc est, equites mille, sexq; milia peditū. Placido eos regēte tribuno, castris in magno cāpo positiis bisariam diuiduntur. Et pedites quidē in cinctare ipsius tuēde causa, equitatus uero in castris degebas: niring; autē assidue prodeudo. & circa eam regionē loca omnia incurando, magnis incommodis Iosephum eiusq; socios, quāuis quietos, afficiebat: & præterea ciuitates extrinsecus deprædatatur, ciuiumq; conatus, si quādo excurrenti habuissent fiduciam, repellebat. Iosephus tamē aduersus ciuitatē impetum fecit, sperans eam posse capere: quā ipse, antequam à Galilaeis deficeret, ita moris cinxerat, ut Romanis quoq; esset iniuncta. unde etiā spe frustatus est, cum nec ni, nec suā Sepphoritas in suas partes perirahere potuisset: magisq; in Iudea bellū accendit, Romanis indignè ferētibus insidias, et præterea nec die nec nocte ab agrorum depopulacione cessantibus, sed passim dōri-
piene

pientibus quicquid rerum in his reperisse: qui
 tamen cum morte pugnacibus semper inferrent,
 imbellis ad seruitium capiebant: ignis uero &
 sanguinis Galileam tota repulerat, nec quisquam
 expers eius acerbitatis aut clavis erat: una sa-
 bueis spens fugientes habebant in ciuitatibus, quas
 murorū ambitus Iosephus cōmunierat. Tunc au-
 tem Alexādriam trāsmissus ex Achaia cītius
 quam per hystē sperabatur, manū milīū cuius
 causa missus fuerat suscepit: contentoq; usus iti-
 nere, maturè ad Ptolemaide permenit. Cumq; ibi
 patrē suum reperisset, duabus quas secū habe-
 bat legionibus (erant autem nobilissime quinque
 & decima) iunxit etiam quā ille adduxit quin-
 tamdecimā. Eas autē sequebantur decē & octo
 cohortes, qbus accessere ex Cesarea quinq; cum
 una ala equitū, & ala quinq; Syrorū equitum.
 Decem autē cohortiū singula mille pedites ha-
 bebant: in catenis uero erat sexdecim sexcēti pedites,
 & centeni uicenī equites erāt. Satis autē auxi-
 liorū etiam à regibus congregatum est. Antio-
 chus enim & Agrippa & Sohemus bina mi-
 lia peditū, & sagittarios equites mille prebue-
 runt: cum Arabia quoq; rex Malchus praece-
 ter quinq; milia peditū, equites mille misisset, quo-
 rum pars maior erant sagittarii: ut tota manus
 conoperaea cum regis, sexaginta milia circiter
 peditū equitumq; colligeret, praece calones: qui
 plurimi sequebantur, & medicamentis bellica

assumi nihil à pugnacissimis aberant: quod tempore quidē pacis dominorū exercitationibus interessere, belli autē pericula cum ipsis experirentur, & neq; perisit, neq; viribus à quoquā nisi à dominio ninceretur. Quia quidem in re nimis admirādam quis existimauerit Romanorū prudenteriam, ita feruos instituentium, ut nō solū vita ministerio, sed belli etiā necessitatibus uiles sint. Quod si quis eorū aliam quoq; respexit militia disciplinam, profectò cognoscet tantum eos imperium nō foriuna munere, sed propria uirute quesisse. Armis enim uiri nō in bello incipiunt, neq; solū si necesse su manus mouēt, cum in pacis orio cessauerint: sed armis ueluti natura coherētes, nullus capiunt exercitationis inducias, nec tēpora prastolantur. Meditationes autem eorū nihil à uera cōtentione discrepant: sed in dies singulos milieum quisq; omnibus armis, tanquā in procinctu posuero, exerceuntur: quo etiam facillime pralia tolerare. Neq; enim ordo neglectus eos à consueta dispositione dispergit, neq; metus stupefacit, neq; laſitudo exhaustit. Unde sequitur ut semper superent, quos non istud confirmatos inuenerint. Nec errauerit si quis eorum meditationes conflictus esse dixerit sine sanguine, contraq; pralia meditationes cum sanguine. Nam ne repenitimo quidē hostium incursu opprimit possunt: sed quocunq; in hostiles terras irruperint, non nisi permunisca castris

pr. cl.

prælio decernunt : que quidem non lexi opere,
 nec iniquo loco eriguntur, nec inordinate descri-
 bunt : sed siquidem in aequali solu[m] fuerit, com-
 planatur : quatuor uero angulis horum dimensio
 designatur. Nam ex fabroru[m] multitudine, ex fer-
 ramentoru[m] copia qua usus exstructionis postula-
 tur, sequitur exercitum. Et interior quidem pars
 castroru[m] tabernaculus distribuietur, ambitus au-
 tem eorum extrinsecus muri faciem præfere : or-
 dinatis etiam turribus pari spatio dispositis : qua-
 rum interualla catapulta aitq[ue] balistis. Ex alijs
 machinis saxa in orquebus, omnibusq[ue] instru-
 mentis missilium completa, ut cuncta scilicet ia-
 culoru[m] genera in promptu sint. Portas autem qua-
 tor adificant, tam intemelis adiuu faciles, quam
 ip[s]is, si quid urgeat, intro curreribus latas. Intus
 autem castra uici spatiis interpositis dirimuntur, me-
 diaq[ue] rectoru[m] tabernacula collocantur, et inter haec
 prætorium diu[n]um tēplo simillimum : prorsus ne
 quasi repentina quedam ciuitas existat : forum
 quoq[ue] ex opificum stationes : et sedes milieum
 primariis, ordinumq[ue] principibus, ubi si qua-
 sit inter alios ambiguas iudicet. Ipse uero am-
 biens, ex omnia qua in eo sunt, mulei uidine su-
 mul ex scientia fabricantium opinione citius
 communitur : qui si res urgeat, fossa extrinsecus
 cingitur, depresso cubitus quatuor, pariq[ue] spatio
 lata. Armis autem sepi, per conubernia cum
 decore aitq[ue] otio in senioru[m] agunt : omniaq[ue]

ab his ordinare etiam alia caueq; per cōtuber-
 nia expediuntur: uelue si ligno aquāne opus sit
 aut frumento: nec enim coena uel prandium cum
 moluerit, in potestate cuiusq; est, simul autem
 omnibus somnis est, excubias & uigilādi tem-
 pora buccine significant, neq; est omnino quic-
 quam quod sine edicto geratur. Mane autē mi-
 lites quidem ad cōturiones, illi uero ad tribunos
 cōueniunt salutatū: cum quibus ad summū oīm
 ducē uniuersi ordinū principes. Ille autē his si-
 gnū aliaq; dat ex more praecepta proferēda sub-
 iectis: quibus etiam in acie circumagineur quò
 opus est, ac uniuersi pariter incurvū iemq; seſe
 recipiunt. Cum autē castris egrediendū est, tuba
 indicium facit: nemoq; otiosus est: sed uel solo
 mūnū moniti, tabernacula tollunt, omniaq; ad
 profectionē instruunt: deinde iterū tuba ne sine
 parati significat. Illi autē cū mulos & iumenta
 sarcinis onerauerint, uelue in curruli certamane
 signū expēctant. Castra uero incēdunt: eo q; sibi
 alia manire facile su, & ne qñ hostibus eadem
 usui sint. Et tamē tertio quoq; tuba signo indi-
 cant, ne exeat: urgēdo aliqua ex causa moran-
 tes, ne quis ordinē deserat. Dexierq; duci praco
 astas, si ad bellū parati sunt, noce pairia ter per-
 contař: illiq; toties alacri & magna noce para-
 tos esse se respōdent, interrogātūq; praeueniunt:
 & Martio quodā sp̄iritu repleti cum clamore
 dextras erigunt. Deinde otiosi, et cū omni decore
 progr

progrederes ambulans, suū quisq; ordinē velas
in bello custodiens: pedites quidē thoracibus ex
galeis sepe, ex utroq; latere gladiis accincti.
Zenus autē gladius multo est longior, cū dexter
mensurā palma nō exceedat. Qui uero ducē fli-
pane lecti pedites, scuta ex lanceas gestāt, cetera
manus hastas ex clypeos longos, ferramq; ex
corbe ex sarculū ex securim, neenon ex habe-
nam ex falcem ex catenam, triduiq; uaticū, ne
parum intersit inter onusla iuncta ex pedites.
Equisibus autē ad dexterā gladius est longior,
ex conus in manu, transuersusq; ad equi laevis
clypeus: iernaq; in pharetra uel amplius depen-
dente lata cuspidē iacula, nihil ab hastis magni-
tudine differētia. Cassides uero ex thoracis pe-
ditibus habet similes, nulloq; armorū genere ab
equitū alis discrepāt lecti, qui circū ducem uer-
santur. Agmina autē semper cui sorte id obti-
gerit, antecedit. Talia quidē sunt Romanorū iti-
nera et māstiones, itemq; armorū uarietas. Nihil
uero nec in praliis inconsuleū aue subitu agnne,
sed omnia semp sequuntur facta sententiā, opusq;
adhibetur ante decretis. Vnde aut minime pcc-
cante, aue si peccauerint, facilis est errati corre-
ctio. Fortuna autē successibus meliores consilio-
rum, etiā si aliter successerit, arbitrātur enētus:
quasi bonū quidē fortuitū ad rem inconsuleū ge-
rendam illiciat: quae uero ante cogitata fuerint,
etiā si aduersus casus exceperit, bene iam medi-
tatos.

ratos exhibeāt ad cauendū ne idem rursus eueniat: & bonorū quidem fortuitorū non is autor sit cui cōtingerint, iustitium uero que praei sentiam acciderint, saliē recte cōsilia uideantur esse solarium. Armorum quidem exercitacione comparāt, ut nō modò corpora, sed animi quoq; militū fortiores sint. Maior autem illis est ex timore diligētia: namq; leges apud eos non desertonis solum, uerum etiam minima negligentia sunt capitales: ducesq; magis quam ipsa leges terribiles: namq; bonos honorando redimunt ne in coercendis noxīis uideantur crudeles. Tanto autem obsequio rectoribus parene, ut & in pace ornamēto sint, & in acie corpus unū rotius compiciatur exercitus. sic eorum copulari sunt ordinēs, ita circumduci sunt mobiles: & acuis auribus ad pracepia, oculisq; ad signa, & ad opera manibus: undt facere quidem semper strenuū sunt, pati uero tardissimi. nec est ubi pralianes aut multitudinem hostium, aut consilia senscre duoum, aut difficultatē regionū: sed ne fore una quidē succubnere. nam in ea certiore puerant esse victoriam. Quorum igitur actus à consilijs incipiunt, consultaq; adeo strenuus exequitur exercitus, quid marum si Euphrates ab oriente, & Oceanus ab occidente, itemq; à meridiano trahit Africa fertilissima regio, et à septentrione Rhenus atq; Danubius sunt imperij limites, cū mānorē esse possidemibns possessionem recte quis dixe

dixerū? Hac ergo prosecutus sum, non tam proposito laudandi Romanos, quam solatio deuictorum, & ne nouarū rerum cupidos deterrerem: fortasse autē & ad experientiam proderunt bonarū artium studiosis, Romanae instituta militie nescientibus: redco tamen unde digressus sum.

Impetus Placidi contra Iotapatam. C A P. IIII.

VESPASIANUS quidem una cum Tito filio in Piolimaide interim degens, ordinabat exercitum. At uero Galileam peruerserat Placidus, ubi maximam eorū quos comprehendisset multitudinem, inseruens: hac autem fuit Galiorum imbellior turba, animi, q; deficiens: pugnacissimos auem ut uidit semper in ciuitates confugere, quas Iosephus communierat, in Iotaparam, que omnium rurisima erat, impetu uertit: existimans eam repente aggressu facilime capiū iri, magnamq; & sibi ex ea re alios apud vectores gloriam cōparandam, & illus cōmodum ad reliqua matruis explicāda, quasi meū cefauris alijs ciuitatib;, si que ualidissima esset, occupare uidissene. Nullem tamē opinione decepius est: Iotapateni enim, ciam eius imperii praeſenſisse, prope ciuitatē aduenientē excipiunt: congreſſiq; cum Romanis ex improniſo plurimis & ad pugnā parati, necnon & alacres (quippe in proſalve pairie, item coniugū liberorumq; dimicantes) in fugam eos uerunt, muliosq; sauciant, ſepcum ſolum imperfectis: quia neq; inordinatē

dinatè pugna decesserat, septisq; undiq; corporibus leuiter fuerat vulnerari: cum Indei quoq; magis minus iaculati, quam manus conserere inermes cū armatis considerent. Ex ipsis autem Iudaicis tres ceciderunt, paucis præterea faniatiis. Placidus igitur ab oppido repulsus aufugit.

Galilæa à Vespasiano inuaditur. CAP. V.

VESPASIANUS uero ipse Galileam cupiens inuadere, ex Ptolemaide proficiuntur, ordinato, milium itinere, sive Romani consueverunt. Auxiliatores enim qui leuius armati essent, itemq; sagittarios praire insib; ad repetitos incursum hostiū cohibedos, & ut suspectas atq; opportunas infidis sylvas scrutarentur. Hos sequebantur Romani peditatus equitatusq; pars: post quos è singulis centurijs denique armaturam suam ferentes, mensurasq; castrorum. Post hos stratores uiarū ibant, qui aggeris maligna corrigerent, ac aspera complanarent, sylvasq; obstantes præcideret, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suas, itemq; subiectorū sibi rectorum sarcinas, & tute la causa multos cum his equites ordinauit: post quos ipse ueniebat, lectos pedites equitesq; necnon & lancearios secū dicens, equitumq; præterea suorum agmine concurvatus. De singulis enim turmis proprios censum & nigrimi equites depuicatos habebat: hos sequebantur, qui expugnandis ciuitatibus machinas & catena formenea portarent, deinde rectores,

rectores, itemq; praefecti cohoreibus tribuni, sti-
 pasi lectionis milieibus: et post hos circuū aquilam
 signa alia, qua omnibus apud Romanos agmē-
 nibus praeſt. q̄ et univerſarum auium regnū
 habeat, et ſu malidifīma. Itaq; illam et prin-
 cipatus inſigne pueant, et omen uictoria, quos-
 cunq; bello petierint. Sacrae uero signorū effi-
 gies ſequentur cornicines, et post eos acies, in
 laetitudinē ſenis digeſta milieibus: hiſq; adha-
 rebat ex more quidā ceterio, disciplina etq; or-
 dinis eufatos. Scruī autē ſingularū legionū cu-
 eti cuen peditibus erant, mulis alijsq; iumentis
 uehentes militū ſarcinas. Poſtremum agmen, in
 quo erat mercenaria multitudo, cogebat armati
 pedites, equiūq; non pauci. Ita peracto itinere,
 Vespasianus cu omni exercitu ad fines Galilee
 peruenit: ibiq; poſitis caſtris, quauiſ promptios
 ad bellum milices coinebat, una et ostendendo
 exercitum, quo hōſtes meū percelleret, ſpatiūq;
 indulgendo poenitentia, ſi quis ante pralū no-
 leniaicē mutaret: nihilominus autē murorū in-
 ſtruebat obſidiū. Itaq; multos quidē rebelliones
 fugere uel ſolus fecit ducis aspectus: metū uero
 uniuersis incuſit. Iosephi enim ſocij, qui non lo-
 gē à Sepphoris caſtra poſuerant, ubi bellum ap-
 propinquare cognouerunt, et iam iamq; Ro-
 manos pralū ſecū conpreſſuros, non modō ante
 pugnam, ſed antequa hōſtes omnino coſpiceret,
 fuga diſiecti ſunt: cum paucis autem relictus

Iosephus, ubi animaducrit neq; se ad excipiēdos hostes sufficiētē manū habere, & Iudaorū animos concidisse: ac, si fides his habetur, plerosq; libēter ad hostes defectū ire: iam ium quidem bello omni abstinebat: quam lōgissimē autem periculis abesse decreuit: abductusq; qui secum remanserant, in Tiberiada confugit.

Gadaræ expugnatio:

C A P. VI.

VESPASIANUS autem Gadarensem cinctacem aggressus, primo impetu capiit, q; eā pugnaci multitudine uacuum reperisset. Deinde hinc transgressus interius, cūcllos puberes interfecit, cū Romanos odio gentis, & clavis, memoria, quā perculerat Cestius, nullius etatis misericordia cōmoueret. Incendit aurum non solum cincitatem, sed etiā omnes circum uicos. & oppidula quadam penitus desolata, nōnulla quorum habitatores ipse cepisset. Iosephus autem, quam tuitionis causa optulerat cimitatem, ipse meru repleuit. Nam Tiberiensis nunquā eum, nisi de omni bello desperasset, in fugam uersum iri credebant: neq; in hoc eos uoluntatis eius fallebat opinio. Videbat enim res Iudaorū quorum euaderent: unamq; illos uiam salutis habere, si proposiūm mutuisſente. Ipse uero, quāuis adhuc sibi speraret à Romanis ueniam tribuendam, mori tamen saepe maluisse, quā prodiua patria, cuon dedecore administrationis sibi credita apud illos feliciter agere, contra quos fuer

fuerat missus. Decreuit igitur Hierosolymam primatibus, quē admodū sc̄e res haberent, cum fide perscribere: ne uel nimis extollēdo uires hostium, timiditatis mox argueretur: uel minus aliquid nuntiando, fortasse cœpti etiam pœnitentes ad ferociam reuocare: neq; si foedus eis placaret, citò rescriberent: aut si bellandum esset, dignum ei contra Romanos exercitum mittere. Ille quidem hac epistola scripta, maturè misit qui Hierosolymam literas ferret.

Totaparæ obsidio.

C A P. VII.

VESPASIANUS autē Totapā excindere cupiēs (nam in eā plurimos hostiū refugisse cognouerat, & præterea ualidissimū hoc eorum esse receptaculū) præmisit pedites cum equitibus, qui montanū iter coquarent, saxis asperū ac peditibus quoq; difficile, omnino uero equitibus inuium. Et hi quidem quatriduo fecere quod iussum est, latāq; aperiuerere exercitui uia. Quinto autem die, qui mensis Maij uigesimus primus erat, prior Iosephus in Totapatā ex Tiberiade uenit, abieclosq; Iudeorum spiritus erigit. Cum uero transitū eius Vespasiano quidam transfuga nuntiasset, utq; mox ciuitatem petcret incitaret, ueluti cum ea totam Iudeam capere posset, si Iosephum subiugasset: hoc ille nütio pro maxima felicitate percepto, Dei prudenter factū ratus, ne qui hostium prudentissimus uideretur, ulerō se etiam in custodiā tra-

deret voluntariā: statim quidem cum equitibus
 mille Placidū mutuit, unaq; decadarchū Ebu-
 tium, tam manu quam prudenter virū insignē,
 circumuallare ciuitatem iussit, ne clām inde Io-
 sephus elabereetur. Postero autē die ciuita ma-
 nu comitatus ipse consequitur, & post meridiē
 usq; acto itinere, ad Totapatam pervenit: addu-
 citoq; in septentrionalem eius partem exercitu, in
 quodā tumulo castra ponit, distante ab oppido
 stadijs sepī. Consulso autē quā maximē cōspici
 ab hostibus affectabat, ne uisū attoniti turbarē-
 tur: quod etiam factum est, eosq; tanus conti-
 nuò stupor inuasit, ut muris egredi nullus an-
 derei. At Romanos tota die ambulādo fatiga-
 tos, ciuitatē statim aggredi piguit: ob eam can-
 sam duplii acie circundato oppido, terciū ex-
 trinsecus agmē equorum posuere, omnes Iudeis
 exitus obstruentes. Sed ea res illos in salutis de-
 speratione audaciores effecit: quippe in bello
 nihil est necessitare pugnacius. Itaq; postridie
 impetu in muros factō, Iudei primo quidem lo-
 cis suis manētes, Romanis castra ante muros ha-
 benebimus resistebant. Postea uero quam Vespas-
 fianus & sagittarios & funditores, omnemq;
 iaculatorū multitudinem adhibitat, missilibus
 in eos permisit uti: atq; ipse cum pedestribus in
 aduersum collē, unde murus expugnabilis erat,
 nisi cœpit: tunc ciuitati metuēt Iosephus, & cū
 eo ciuita Iudeorū profiliat malleando: omnesq;
 in Romā

Vespasianus autē studio uisendi regnum Agrippa (nā & ipse rex innitabat, rectorē cū exercitu simul paraire accipere domesticis dinitijs, ac per eos agras partes regni compescere) motis ex Cesarea maritima castris, in eam qua Philippi diciunt Gesareā demigravit ibi q; per dies x x. milite recreato, ipse quoque rerū gestarū gratias Deo referēt in epulis crat. Postq; uero Tiberiada quidē nouas res experso, ac deficere Taricheas audiuit (ad regnū auctem Agrippa nraq; pertinebat) decreto apud se undiq; Iudeos excindere, oportuniū esse credit aduersus eos exercitū ducere, simul ut Agrippa hospitio uicē repēderet, potestati eius ciuitatis creditis. Igne filiū suū in Cesaream, ut inde milite Scythopolim traduceret, misit. Hac autē ciuitas Decapoleos maxima, & Tiberiadi uicina est. Quōd cū ipse uenisset, ibi filiū præstolabatur. Deinde cū tribus ulerā regionibus progressus, ad trigesimum à Tiberiade stadiū, in quadā mansione conspicua nouarū rerū studiosis, cui nomen est Enabris, castra ponit: atq; hinc decadarchū Valerianū cum equitibus L. miscit, qui pacifice sermone oppidanos alloque-

retrur. Et ad fidē inuitaret: audierat enim q̄ pā-
 cem populus desideraret: à nōnullis autē ad bel-
 lum cum cogentibus, seditionē patraretur. Itaq;
 Valerianus ubi mūro appropinquauit. Et ipse
 de equo desiliit, et suos comites idē facere ins-
 fut: ne lassessens prēlii causa, potius uenisse nō
 dederetur. Sed priusquā uerbū faceret, armati ex-
 currere in cū seditionis, qui erant ualidiores, re-
 tlore quodā nomine Iesu, Tobia filio, latrocina-
 lis agmine principe. Valerianus autē, neq; pre-
 ter mādata ducis prālio cōgredi cū ratiō, et iā-
 si de uictoria certus esset: pugnamq; pericolo-
 sum esse, si cū muleis pauci, et instructis impa-
 rati configerem, inopinata præterea Iudaorum
 stupefactus audacia, et ipse pedes refugit. Et
 quinq; aliū similiiter equis relictis: quos Iesu
 eiusq; sociū, ueluti pugna nō insidijs capios, lati
 in oppidū adduxerunt. Id autē ueriti seniores,
 et qui eminere in populo uidebantur, in Ro-
 manorū castra profugiunt: adhibitoq; sibi rego,
 ad Vespasiani genua suppliciter accidunt, me se
 despiceret obsecrantes: nēne que pācorū esset,
 totius esse ciuitatis insaniū existimaret: sed po-
 pulo parceret, qui semper antīca Romanis sen-
 tiret: magisq; uelut irer defectionis autores, à
 quibus ipsi olim ad fādū uenire properantes,
 nunc usq; ne id facerent asservati fuissent. His
 eorum precibū, quanquā toti ciuitati properer
 equorū rapinam infensus esset, indalit: nam et

Agrip

Agrippā videbat eius oppidi causa trepidare.
Fide autem per eos populo data, Iesus eiusq; so-
ciū, tutum sibi non esse rati apud Tiberiadā cō-
fessore, ad Taricheas confugiens. Posteroq; die
Vespasianus in arcem pramisit cum equicibus
Traianum, qui multisudinē an omnes pacē cu-
perent, experiretur. Cognito autē populū eadem
sentire qua supplices, ad ciuitatē ducebas exer-
citus. Illi autem portis ei patescatis, cū faustis
ominationibus obuiā prodeunt, salutis datorē
ac benemeritum acclamantes. Cum uero mil-
item angustiā aditus remorarentur, murorū par-
tem dirui Vespasianus ex merediano latere
influit, eoq; pačlo dilatahit ingressionem: ut prada
tamen yr iniurijs abstinerent, in gratiam regis
adixit: eiusdemq; causa muris pepercit, spondē-
tis habitatores eius posthac cum reliquis fore
concordes: alijsq; modis malis affectam ciuita-
tem ex diffensione recreauit.

Tarichearum obsidio.

C A P. XVII.

DEinde ab ea digressus, inter ipsam yr
Taricheas castra posuit, muroq; firma-
tis, bellī fibi muras illio fore prospiciens: quod
omnis turbatum cupiens multitudine ad Tari-
cheas cōflueret, munitione cōfisa ciuitatis, et la-
cu q Genesar ab indigenis appellatur. Etenim
ciuitatē ita ut Tiberias sub monte posuam, qua
lacu non alluebat undiq; muro uilidissimo, sed
minore tamen q Tiberinda, Iosephus cinxerat
nam

nam illam quidem in principio defectionis , pe-
cuniarum itemq; uiriū copia cōmunicerat : Tari
cheis uero largitatis eius reliqua profecerunt.
Scaphas autē plurimas in lacu paratas habe-
bant: ne in eas uidelicet, si cerreſtri prælio uin-
cerentur, refugeret: simulq; ad nauale bellum. si
opus esset, inſtructas. Romanis autē caſtra mu-
nientibus, Iefus eiusq; facij neq; multitudine ho-
fiuum, neq; disciplina militia perterriti , cursu
eos irruū: primoq; impeu diſrectis muri fabri-
carioribus, ac parte aliqua adificij dissipata, ubi
armatos cōgregari uiderunt , antequā malū ali-
quid patuerentur, ad suos refugiunt: eosq; inſecu-
ti Romani, ad nauigia cōpulere. Et illi quidem
tanum prouecti, unde Romanos cōtingere mu-
ſilibus poffent, anchoras iaciunt: Et ſicut acies
affolent, densatis inter ſe nauibus, aduersus ho-
ftes in terra conſtitutos, nauali prælio decerta-
bant. Audito autē Vefpasianus magnā eorum
multitudinē in proxima ciuitati planicie cōgre-
gata, filiuū ſuū cum ſexcētis equiū legeis cō-
misiſſe. Qui cum infinitū hoſtiū numerū repe-
rifuerat, patri quidem maioribus auxilijs opus eſſe
mandauit. Ipſe uero equitū plerosq; etiā primi-
quā ſubſidia uenirent alacres eſſe uidēs , cū nō
nulli eorum multitudinē Iudaorū formidarent,
unde exandiri posset cōſtituit: Et o Romani, ait,
pulchrū eſt nanq; in principio sermonis admo-
nere nos generis uetri, ut qui cum quibus pu-
gnauerit

gnatui simus sciatis: nostras enim manus ne-
 mo usquam toto orbe hostis ullus evasit: Iudas
 uero, ne etiam pro his dicamus aliquid, ad hoc
 usq; tēpus uicti nō defatigāur: itaq; oportet il-
 lis in aduersis rebus constanter dimicātias, etiā
 nos in secundis perseverantius laborare: aperta
 quidē fronte uobis plurimum alacritatis inesse
 cōspiciens, gandeo: uereor autē, ne cui uestrūm
 tanca timore muleundo hostiū latenter incutiat.
 Agitur quisq; iterū cogiter, qualis cū quibus de-
 cernabit: quodq; Iudei, lices suis sine audaces,
 mortemq; contemnāt, incōposci tamē bellorūq;
 imperiei sunt, uulnus recte poena quā exercitus
 appellandi: de uestra uero peritia aq; ordinā-
 tione referre quid opus est? Nempe idcirco soli
 armis exercebimur, pacis eritā tēpore, ne ne in bel-
 lo nos cum hostibus numero conferamus: nam
 quod perpetua militia cōmodum, si pares cum
 crudib; congregiamur? Quin reputate, qd ar-
 mati cū incērib; ex equis cū pedestrib; ex
 ducis tuet cōfilio cū napis neq; rectorē haben-
 tibus deceratib; quoq; nos ha uirtutes mul-
 tiplures efficiant muleū autē uisa de hostium
 numero decrāhant. Nec sola hominē muleudo,
 quāvis pugnacissimi fuerint, in bello obti-
 net: sed etiam si uel in partib; sit fortitudo: hi
 enim ex ordinari faciliē sunt, ex sibimet sub-
 tenire: numerosā autē copia plus incōmodi ex-
 semper pīfīs, quā ex hostibus capiunt. Itaq; fa-
 daos

daos audacia et ferocitas ac desperatio: sine
 mensis scientia ducunt, quarebus secundis ali-
 quam um nalent, minime uero offenditibus ex-
 tinguiuntur. Nos autem uirius regit, et morigera-
 noluntas, itemque fortitudine, qua et in prospera
 fortuna uiget, nec ad finem usque ineer aduersus
 decipitur. Ad hoc maiores nobis sunt, quae In-
 daeis causa ceteramini: nam si illi pro libertate
 ac patria belli pericula sustinuerint, quid est nobis
 inclita fama praestaurius? et ne post orbis terra
 imperium uideamus hostium aduersariorum loco In-
 daos habere? Praterea considerate, quod ne partem
 quidem aliorum incolerabilitis male memus est: mul-
 eos enim eosque in proximo adiuatores habemus.
 Rapere autem uictoriā possumus, et quos a pa-
 tre miseri nobis speramus auxilio, cōuenit inse-
 capere, ne et maior sit et sociū nō habeat uir-
 auis effectus. Equidem puto nunc de me ac patre
 meo uobisque pariter iudiciū fieri, si ille quidem
 rebus ante gloriose gestis dignus fuit, ego uero
 sum filius, nosque milites mei. Nam illi uin-
 dere consuetū est: ego uero reveri ad eum per-
 pector dictus? Quia pabulo amēmos nō pudicitia,
 ducē uestro personis occurrēte, nō superaret ap-
 petit enim pericula mihi credite, presumique, in ob-
 stes istūpam. Nemo autem uestrum a me discesserit,
 persuasum habet, imperium meū suūstare operari
 manifestissimè presumes, et muleo
 plus mixti hostibus officinus, quā se extrinsec-
 cus pug-

cus pugnaremus. Postquam Tuus hac prosequi-
sus es, diuina quada alacritas miliebus inci-
dn. Et quia Trajanū aduenire cū C. C. C. equi-
ribus ante præliū cōtigit, agrè ferebam, tanquam
minueretur nictoria societas. Misit autē Vespasianus & Ansoniū Silonē cū duobus militi-
bus sagittariorū: ut occupato monie, qui ex ad-
uerso erat oppido, murorū propugnatores repel-
leret. Et ab illis quidē ita ut præcepum fuerat,
circūneci sunt, ex ea parte subuenire repeñes.
Tuus autē primus perrexit citatio equo in hō-
stes. & post cum casericū clamore, tanto spacio
fusisti, quanum aduersa acies occupauerat, unde
milio etiā plures quā erant apparuerunt. Iudeas
metò, licet incursum corū & disciplina cōserritis,
paulisper quidē primos suſtinere congressus.
Perculsi autē contus, equorumq; impetu deurbasi
cōculabāntur: atq; ita mulis passim perēptis
disperdiuntur, et in ciuitatē, ut quisq; uelocitatis
habebas, effugiunt. Tuus autē aliquos à rrgo, in-
stantis, alios per trāsum occidebat, nō ullos curſe
ante capiēs, iēta ora trāsum berabat: mulas au-
tem, aliū super aliū lapsos innoluent, cōſicabat
omnesq; ad mœnia cōſugientes prænemus, de-
serquebat ad cāpū, donec ut mulis undimis clau-
psi, in oppidū cōſugerunt. Excepit autē illos acer-
ba dissensio: nāq; indigenis, & firmissimū suarū
& ciuitatis gratia, & ab invito belū gestū me-
simusq; quod male pugnari suerat, nō placebat:
sed

sed populus aduenarum qui plurimus esset nunc
 adhibebat, & inter se discordatiū clamor erat,
 ueluti iam armā caperent. Quibus auditis, nec
 enim procul à muris aberat, Tleus exclamauit:
 Hoc iēpus est, quid moramur cōmilitones? Deo
 nobis deditē Iudeos suscipere uictoriā. Nō au-
 ditis clamores? qui manūs nostras euascre, di-
 scordatiū habemus ciuitatē, si modō properamus.
 Veruntamē cū uelocitate animis opus est: nihil
 enim magnū effici sine periculo consuerit. Non
 solum autē hostiū cōcordiā, quos cito necessitas
 in gratiā renocabit, sed etiā nostrorum auxilia
 prænentire debemus: ut prater uictoriā, qua tu-
 nacopias pauci superamus, etiā ciuitate soli po-
 siamur. Simul his dictis cōscendit equū, atq; ad
 lacū decurrat, & per eū properè ciuitatē ingre-
 diunt, quē catari cōscenti sunt. Pauor autē eius
 audacia marorū defensores inirosū: ei pugnare
 quidē, uel prohibere uenientē, nemo sustinuit.
 Relictis autē excubīs, Iesu quidē cum sociis in-
 repros effugiebat: alijs uero decurrētes ad lacū, in ma-
 rine hostiū cōtra uenientiū incidebat. Macta-
 bantur autē alijs cū scaphas scanderēt, itēq; alijs
 cūm iam prouectas afferri natādo conarentur:
 plurimaq; per ciuitatē fiebas hominū cades, ad-
 uenarū quidē resistētiū, qui nō effugissene: in-
 digenariū uero sine pugna, quoniam spes eos for-
 diris, & cōsciencia qd bellū cōsiliū nō habuerat,
 à prola deterrebatur, donec Tlenu nocemib; in-
 tervenit

seremptis, miseratus indigenas ab internecione requievit. At qui in lacu cōfugerāt, ubi cini-
satem captā uiderunt, quā longissime ab hosti-
bus recesserunt. Titus uero missis equitibus res
gestas patri nunciat. Quibus ille cōpertis, quod
necessere fuit, ex filiū uirum admodū latu, ex fa-
cioris claritudine, (maxima enim belli pars
uidebatur exēpta) cum quidē statim circūdari
cinitatē custodibus iusſit, ne quis ex ea subterfui-
geret, eademq; euaderet. Postero amē die cū
descendisset ad lacu, rates aduersus illos qui eō
refugerāt, fabricari iusſit: qua tam materialium
quā artificiū multitudine maturè cōtexta sunt.

De lacu Genesar, & fontibus Iordanis. C. XVIII.

Lacus autē Genesar quidē à terra consi-
nente appellatur: x l. uero stadijs in lati-
tudine patens, centumq; in longitudine, aqua
dulcis est aeq; potabilis. Palustri enim crassitu-
dine tenuiores habet latices: ex undiq; in lit-
tora ac arenas desinēs, purus est, ac praeter hoc
tēperatus ad hauriendū: ex fluvio quidem sine
fonte lenior est, semper autē frigidior, quā lacus
diffusio patitur. manet: a fluminq; noctibus eius
aqua sub diu perflata, nequaquam a flibus ce-
dune: id enim facere indigenis moris est. Varie
autē sunt in eo piscium genera, ab alterius loci
piscibus tam sapore quam specie discreta: me-
diusq; fluvio Iordane secatur. Caserū Iorda-
nius fons Paniū esse uideatur: sed re uera huic ter-.

ra conditus fertur ex ea que vocatur Phiale.
 Hec autem est, quæ in Trachonitiæ ascendiunt ad
 c. x. stadii a Cesarea, ad dexteram non longe à
 via. Et proprie quidem ex rotunditate Phiala
 dicitur lacus, rotae specie preferens: semper ante
 intra eius labra cohabetur unda, nunquam des-
 ciens uel exuberans. Cumque; interim hoc esse Ior-
 danis principiū nesciretur, à terra archa quondam
 Trachonitidis Philippo deprehensum est. Is
 namque; missis in Phiale paleis, innuenit eas apud
 Panium redditas, unde antea fluminis nasci cre-
 debatur. Naturalis quidem pulchritudo Panum, re-
 gius opibus & Agrippa diuiciis magnificissimum
 accuratest. Manifestum autem flumini Jordanis ex
 hoc aniro incipiens, Semechonitis quidem lacus
 paludes secat cœnosas: centum autem & uiginii a-
 lijs præteritis stadiis, post oppidum Juliada. Gene-
 far lacum mediū transversus, deinde mulcam per
 solitudinem in Asphaltum lacum exit. Ad Ge-
 nesar uero lacum eiusdem nominis terra præse-
 tur, natura simul & pulchritudine admirabi-
 lis. Nullum enim ipsa pro ubertate sui negat ar-
 busculum, totaque platis eōseuere culores. Celi ne-
 ro temperies etiam diuersis apertissima est: nuces
 enim, que arborum maximè frigoribus gaudent,
 infinitè florescunt: ubi esia palma, quas uiris ca-
 lor restitus: has iuxta fucus & olea, quibus aura
 mollior destinata est: ut natura magnificencia
 hanc esse quis dixerit, nim adhibentis me in unum

convenit

conueniant inter se repagnātia, amiq; temporū
contentione bonā, ueluti singula peculiari stu-
dio terra faueret: nō enim solū nutrit prae ter op-
nionē poma uaria, sed etiā seruat, egregia qui-
dem, ex quodāmodo regnātia. *V*nas sancē et ca-
vicas sine intermissione decē mēsibus susserit,
ceteros uero fructus, anni spatio senescētes. Nā
prae ter aēris lenitatiē. Ex fonte quoq; irrigatur
uberrimo, qui Capernaū ab indigenis appella-
tur. *E*um nonnulli uenā esse Nili fluminis op-
nianur, q̄ similes coracino Alexādrino gene-
rati pisces. Longitudo autē regionis secundū lit-
torā cognominis lacus x x x. stadijs extēditur,
et latitudo x x. *H*orū qdē natura eiusmodi est.

Tertie harū excidium.

C A P . X I X .

Vespasianus autē perfectis ratib⁹, imposita
manu militū, quanta in eos qui lacu effu-
gerant satis esset, una prouehitur. Illi autē neq;
compulsi ad terrā euadendi facultatē habebāt,
in festis omnib⁹, neq; nauali bello pari cōditio-
ne pugnādīntā ex scapha parue, atq; piraticē
aduet ſuas retes inſtrīma erant: ex cū pauci singu-
lis uicherētū, q̄cūlī ſimil inſtantib⁹ Romanis
appropinquare metuebant. *V*eruntamē circum-
rātes nauigando: nonnunquā etiā propē acce-
dēdib⁹ lapidib⁹ Romanos eminus appetebant,
ane cominus etiam itritando ſcriebant: plus
iustum ipsa utroq; modo nocebatur: nec enim
ſtacis quisquā prae ter ero broſ ſonitus agebant.
y v a quoniam

quoniam contra septos armis iaciebantur, consanguiniq; sagittis eorum efficiebantur: et si accedere propius ausi fuissent, priusquam ficerent aliquid, patiebantur, cumq; ipsis nauigij mergebantur. Muleos autem vulnera inferre tentanebant, qui pilis contingi possente, alios defiliendo in scaphas Romani gladijs transfigebant: nonnullos, concurrentibus inter se ratiis in medio deprehensorum autem qui capita sustulissent, aut sagittis premebantur, aut ratiis occupabantur: et si despatrione copulsi inimicis ad natare tensassent, eis uel manus uel capita truncabantur: plurimusque passim ac uarius erat interitus eorum, donec in famam uersi, catari terre appulsi sunt, circumclusis nauiculis suis. Exclusi autem muli quidem in ipso lacu telis configebantur, muleos uero in terram egressos peremerunt Romani. Mixium autem sanguine, plenumque cadaveribus cemeres totum lacum, nullus enim saluus evasit. Acerbus assem secutis diebus odor illae regione oppressior esse facies: nam litora quidem naufragij simul plena erant, et corporibus suonatis: calefacti autem ac tabefacti mortui, celi eructi corrupti pebane, ut non Iudeis solu ille casus miserabilis uidetur: seruum etiam amoribus ipsis esset iniurias. Ille quidem illius pralij naualis eximus fuit. Perierunt cum his, qui pride in ciuitate cecidere, sex milia et quingenii. At Vespasianus, pugna peract

peracta, pro tribunali apud Taricheas residet, aduenā populu ab indigenis secernebat, qui auctor belli extitisse videbatur: Et an hi quoq; seruandi essent, cū rectoribus deliberabat. Hn autem affirmantibus eorum liberationem, detrimento futurā: nec enim dimissos quiescere posse homines, qui ex patriis careret, nimq; adhibere ac bellū inferre possent ad quos cōfugissent: Vespasianus salute quidem indignos esse eos, contraq; seruatores suos nouerat enasuros: sed de eorū mortis genere cogitabat. Nam si ibi occideretur, nō percessuros suspicabatur indigenas, et apud se supplices obruncari: fideq; interposita deditia nim pigebat afferre: verum ab amicis superabatur, nihil in Iudeos nō licere dicentibus: quodq; nile esset, honesto debere praponi, cū uerunq; obtineri nō posset. Indubitata igitur concessa licentia, solo eos utinere, quod Tiberiada duceret, exire permisit. Cumq; illi facile hic qua cupierant credidissent, Et quò insam futret comitati, neq; pecunias suis quicquā mercenari abirene: totā ad Tiberiada usq; viam Romani, ut quis euaderet, occupaverūt: eosq; in claimatē conclusos, mox insectus Vespasianus omnes in stadio constituit. Et seniores quidem cum imbellibus, qui mille ducenti erant, insit occidi: innatum autem ualidissimos sex millia lectos, ad Isthmon Neroni transmisit. Cateram vero multisudinem triginta millia ex quatenus;

dringentes n̄ edidit, prater alios quos Agrippa donauerat: nam his qui ex eius regno essent, facere quod uellet ipse permisit. Verū et iſlos reuendidit. Reliquā uulgi erant Trachonita et Gaulanita et Hippene, pluresq; Gadarita, sedditiosi et fugitiui, et quibus probra pacis bellis cōciliant. Capti sunt autem vi. idus Septembri.

F L. I O S E P H I D E
B E L L O I V D A I C O
L I B R . I I I I L

Obsidio Gamalensium.

C A P . I,



VICVNQVE autem Galiorum totupartis excisis à Romanis defecerant, hi sc̄ ad eos postquam Tarichaeata superati sunt, applicabant: omniaq; Romani castella et ciuitates ceperant, prater Giscalam, et qui montem haburiam occuparant. Cum his autē rebellaret Gamala ciuitas, contra Tarichaeas posita supra lacum, que ad fines pertinebat Agrippa, itemq; Sogane et Selenia. Et ha quidem Gaulanitidis regionis erant amba: Sogana superioris partis, cui nomen est Gaulana, et inferioris Gamala, Selenia uero ad lacū Semechonitem, triginta latum, et LX stadijs longum paludesq; suas ad Daphnē usq; tendente. Que regio cuon alias sit delitiosa, pricipue tamē fontesibus, qui minorē (quem sic ap-

sic appellane) Iordanem alentes, sub aureo Ionio templo in maiorem deducunt. Soganien quidem ac Selenciam colentes, in principio desectionis Agrippas sibi foedere sociauerat. Gamala uero ei non cedebat, freta locoru difficultate, amplius quam Iotapata. Iugum namq; asperu, ex alto moe deductu, medianam cernicē erigit: et ubi supereminet, in longitudinē tenditur: tācum cōtra declinē, quantū à tergo, ut camelī similitudinem preserat: unde nomine etiam duxit, nisi quod expressam uocabuli significationē indigena scrūtare nō possunt. Et à frōnē quidē ac lateribus, in ualles innias scinditur. Pars uero qua de monte pendet, paululum difficultatē refugit Verūm et hanc partē per obliquum excisa fossa, indigena inniam fecerunt. Domus autē crebre per prona crāt adificatae, nimioq; prcipitio casure similis ciuitas intra se decarrebat, in meridiem uerges. Australis uero collis immensa editus altitudine, usum arcis sine muro ciuitati præbebat, rupesq; superior ad profundam pertinens uallem. Fons autē intra muros erat, in quē oppidum definebat. Quamuis autē natura inexpugnabilis esset ciuitas, tamē etiam Josephus cū murorum eam ambient cingeret, fossis et cuniculis reddidie firmiore. Eius autē habitatores, natura quidem loci confidenciores erāt, quam Iotapateni: sed muleo pauciores, minusq; pugnaces: siueq; fressi difficultatē, plures se hostibus putabā: nam,

plena erat ciuitas, multis in eam q̄ esset evasiō-
 ma, confugientibus. Vnde ab Agricella quoq;
 premis̄ ad obſidionē, per mēses ſeptē restituere.
 Vespasianus autē proſectus ex Ammanite, ubi
 pro Tiberiade posuerat caſtra (Ammanus autē,
 ſi qui nōmē interpretetur, aque calide vocātur.
 Ibi enim eiusmodi fons eſt, ſanandis corporū iū-
 tis idoneus) Gamala peruenit: & totā quidem
 ciuitatē, ita ut diximus poſuā, cuſtodia circum-
 mallare ne quibat, qui uero fieri poſſet, excubias
 collocauit: mōlemq; occupat ſuperioreno: in quo
 milites caſtru, ita ut aſſolet, muro circumdati,
 opus aggerū poſtremo aggrediuntur. Et à parte
 quidē Orientis, ſummo ſupra ciuitatē loco iurris
 erat: ubi et quindecima legio, necnō & quin-
 da cōtra medianam ciuitatē operabatur: foſſas au-
 tem decima repleuit et ualles. Inter hac Agrip-
 pam regē, cum acceſſifer ad muros, eorumq; de-
 fensoribus de traditione loqui tentaret, funditorum
 quidā ad deſirum cubitū lapide percutiebat.
 Et ille quidem propriea familiaribus ſuis cir-
 cumſepuit eſt. Romanos autē ita ſumul ob regē,
 ſuiq; meru ad obſidionē protinus incitanit: nul-
 lum Iudeos crudelitatu modum in alienigenas
 ainq; hōſtes pratermuſſum ire credētes, qui circa
 genitile ſuum, & eoru qua ipſis cōducerent ſua-
 fore, tam immanes fruſſent. Aggeribus autem
 manus multitudine, operiſq; conſuetudine cito
 feſſili, machinas applicabā. Chares autē ergo
 Joseph

Josephus (namq; ipsi erat oppidanorū potentiissime) armatos lucei meū percussos ordinaveret: & quāquam non diu obsidionē posse sustinere arbitrabātur, quibus aqua itemq; alia usui necessaria nō sufficeret, adhortati tamē eos ad mortua produxerūt. Et paulisper quidem machinis aduenientibus repugnarūt: balistis autē eorum tūq; percussi, in oppidū recesserūt. Itaq; Romani tribus ex locis aggressi, murū arietibus quadrū: & qua deieclit, fuerat, insuī magno cū armorum strepitu ac tubarū sonitu, ipsi quoq; insuper ululantes cū oppidanis confligeabant. Illi autem ad primos aditus inēnit perimaces, Romanis ne ulerā progrederētur obstatār. Ceterū nō & multitudine superatim, sed q; ad excelsa circumcis loca fugiunt: deinde reuertentes instanter sibi hostibus incumbunt, illosq; impingendo per declivias locorū difficultate & angustia depressoſ ineſtigabāt. Romani autem cum neq; à ueritate immunitib; repugnare, neq; in partem aliquā evadere possent, prouos eos urgēbūtus hostibus, in domos hostiū plāno contiguas refugiebāt: sed ha rēplacē labebātur, q; pondus sustinere nō poterant: unaq; deieclit muleas inferiores, itemq; illa alias deturbabant. Eā res plūq; Romanorū moree consumpſit: inceris enim quid facerent, quāmis subſidere ſecta uiderent, tamē eō connolabāt, aeq; ita mulei quidē ruinis opprimebātur: non pauci uero suberfugientes

parte corporis multilabāntur. Plurimi autē pul-
 uere suffocati moriebantur. Sed ea Gamalenses
 profecti existimabantur: propriaq; incōmoda ne-
 gligētes, magis instabāt: hostesq; in sua recta ur-
 gēdo cōpellēbant: qui uero per angustos uiarum
 clivos cecidissent, eos telis desuper missis iner-
 ciebāt. Et ruina quidē lapidum copiam, ferrum
 uero eis morienti hostes dabant: casorū enim gla-
 dios auferentes, his cōtra semineces uebantur.
 Multa iā procūbenib; rectis, semet inde proī-
 ciēdo moriebāntur: tergoq; dāctib; ueru fuga qui-
 dem facilius erat: uiarū namq; ignorātia, & cali-
 gine pulueris aliud aliud non agnoscētes pererra-
 bant, & circa se sternebātur. Sed illi quidē uir-
 reperto exiū, ab oppido recesserūt. Vespasianus
 autē qui laboratibus semper inersuit, sauisimo
 dolore percultus, cū super militē ruere cūnita-
 tem uideret, propria initioris oblitus, clam pa-
 latiam superiore in oppido locū prehendit: ibi q;
 inter media pericula cum paucis omnino relin-
 quuntur: nec enim aderat tunc et filius Titus, ad-
 Manianū pridē in Syriam missus. Et dare qui-
 dem ierga, neq; tutū neq; honestū sibi putabat:
 rerum autē quas ab adolescētia gesserat, ac pro-
 prie nirensis memoria, quasi Deo repletus, coru-
 pora, sociorū atq; arma condensat, & cum his
 bellū undā a uertice deflens sustinebat: & neq;
 mirorū neq; telorū multitudinē formidans ma-
 uebat, donec eius animi obstinationem hostes
 diuinis

dūimam esse repugnies, impetu remiserāt. Illis autē iam infirmius oppugnātibus, ipse pede referens, nō prius terga ostēdit, quād extra muros egressus est. Plurimi quidē Romani milites in ea pugna ceciderūt, & inter eos Ebutius decadatus, utr nō eo tantiū prælio quo perire, sed ubiq; anteā foreissimus comprobatus, quiq; plurimis malis Iudeos affecisset. In ea pugna cetero quidē nomine Gallus, cū decē militibus in quādam domo latuit. Eius autē habitatoribus dūm cœnarent, quod in Romanos fuisse cōsiliū tempore puli sui, inter se fabulantibus, hoc audito (nam & ipse Syrus erat, & hi quos secum habebat) nocte illos aggrediebat, omnibucq; macratis ad Romanos salutis cū militibus evadit. Vespasianus autē mōrere exercitū aduersis casibus intendens, quodq; nullam incriminātā experīfuerant cladem: huinsq; rei magis eos pudere, quod solūm ducē in periculis reliquissente, cōsolendos putabat: de se quidē nihil dices, ne quē uel iniurio calpasse uidereris. Oporeere autē inquietus, que cōmunia essent fortior ferre, naturā belli cogitantes, quodq; nusquā enveniat sine cōnōre uictoria, iterūq; habeat fortuna regressum. Atq; uelut tūc Iudeorū millibus imperfectis, exigua pro his stipē se inimicē pependisse fortuna. Atq; ne iactanum esse, nūmis secūdis rebus in solefaceret, ita esse ignororū, in offensionibus trepidare. Velox enim est, inquit, in ueruq; muratio: & ille

ille vir fortis habetur, cuius sobrius erit animus
in rebus quoq; infeliciter gestis: ut idem scilicet
maneat, rectis cōsilis peccata corrigens. Quan-
quam ea qua nunc acciderūt, neq; mollitia no-
stra, neq; Iudeorū uirtus efficit: nā ē illis pu-
gna melioris, ē nobis deterioris, causa fuit dif-
ficultas locorū. Quia in re nimērū quis reprehen-
derit alacritatū uestra temeritatē. Nam cūm ho-
stes in excelsiora loca refugissent, manus cōcine-
re debuissit, neq; in summo uertice cōstituta se-
qui pericula: sed capta inferiori ciuitate, paulo-
rum eos qui refugerāt, ad eutiorē nobis ē stabili-
lem pugnā renocare: nūc autē immoderata festi-
matione uincendi, quam id incavē fieret, nō cu-
rastis. Inconsulitus autē ē furibundus impetus
belli, à Romanis alienus est, qui cūcta ordine pe-
ritiaq; perficimus, Barbarisq; cōueniens, et quo
Iudei maximē possidētur. Oportet igitur nos ad
propriā uiriū recurrere, atq; indigne offensio-
ni irasci potius q̄ mortuere. Optimum autē quisq;
de sua manu solatiū querat: ita enim fiet, ne ē
amissos ulciscamur, ē in eos à quibus perempti
sum, uindicemus. Ipse autē, ita ut nūc feci, expe-
riat aquē ac nos pugnādo primus ad bella per-
gere, et nouissimus inde discedere. Ille quidē his
dictis recreavit exercitū. At Gamalenses bene
gesta re, paulisper animos erexit: que nulla ra-
tione, magna magnificēq; prouenerat. mox au-
tem repauantes ablauam sibi esse fiederis spem,
quodq;

quodq; minime possent effugere (iam enim si-
elus eos defeceras) nehem̄ier dolebat, animosq;
remiserat. Nec tamē quatenus ualebat, salutem
suam negligebant: sed tamē disturbatas partes
muri, qui erant fortissimi, quam integras, ceterā
amplexi confundiebāt. Romanis autē construenc-
bus aggeres, iterumq; tentansibus irruptionem,
multi ex ciuitate per ualles demissi, quā nulli cu-
stodes erant, ex per cloacas diffugiebant: eos,
qui uenire ne caperentur ibi remanerent, inopia
consumebat: solis enim undiq; alimēta qui pro-
gnare possent, congregabantur. Sed illi quidem in
huiusmodi calamitatibus perdurabant.

Itaburius mons occupatur à Placido. C A P. I B.

Vespasianus autem inter curas obsidionis,
subcīsum opus aggreditur aduersus eos
qui monsē Itaburium occupauerant, inter com-
pactum magnum ex Scythopolim situm: cuius al-
titudo quidem x x x. stadiis consurgens, septen-
trionali tractū inaccessa est: in uertice autem,
x x. stadiorū planicies patet, tota muro circun-
data. Huic autē tantum ambitū quadraginta
diebus adificauerat Iosephus: ex alias ei mate-
rias, ex aquas suggestoris locis inferioribus
solam enim incola pluviam habebant. Magna
igitur in eo multitudine cōgregata, Vespasianus
Placidum cum sexcentis equisib; missit. Huic
autē subundi quidem montis ratio nulla erat
miles autē fœderis ac uenia spe horribatur ad
pacem:

pacem: ex descendebant ad eum ipsi quoq; insidiis molientes: nam ex Placidus eo studio misericordia cū his loquebatur, ut eos in plenicie caperet: illiq; tanquam dictis obedientes, ad eum meniebant, ut incanum aggrederetur. Vicit tamen astutia Placidi: oēpro enim à Iudaicis prælio, assimulat fugam: ex postquam insequētes ad magnam partem campi pellexit, reflectit in eos equitum manus: plurimiq; in cetera uersis, aliquos interfecit: semotam uero multitudinem carcerā, ab ascensu prohibet. Itaq; alij quidem Iudeburio relicto, in Hierosolymam refugiebant: indigene autem fide accepta, quod eu aqua defecerat, ex se, ex moneem Placido tradiderunt.

Excidium Gamalæ.

C A P . I I I .

Abus Gamalam uero degentium audacissimi quiq; suga dispersi latebant, imbellies autem fame corrupebantur. At uero pugnacium manus obsidionē sustinebat, donec euenerit secūdo ex uigefimo die mensis Octobris, ne tres ex decima quinta legione milites, circa matutinias uigilias editissimam praecorri sursum, que in sua parte fuerat, subiret: etiamq; occulue suffuderent: cism appositi ei custodes neq; adeuncesserent, (nox enim erat) nec postquam adiere, sensisse fame. Idem autem milites, canēdo ne strepitus fieret, quinq; saxis durissimis enolutis resiliuerunt subitoq; turris cū magno fragore decidit, unaq; custodes precipitantes. At uero qui per alias custod

custodias erant, perturbati fugiebant: mulierosq;
 evadere ausos, peremere Romani: inter quos
 etiam Iosephum, super dirutam muri partē quid-
 dam iaculo percussum, interfecit. Tenuerunt autē in-
 ciuitate degentibus, sono concusso, multe uerae
 panor aeq; discursus, tanquam omnes essent ho-
 bies ingressi. Tuncq; Charles agrotus & iacens
 defecit, cum timoris magnitudo morbi eius plu-
 rimū iuuisse ad mortem. Romani tamen prioris
 elatis memores, usq; ad uigintiam & ioriam
 diem supradicti mensis oppidum non sene in-
 gressi. Titus autem (iam enim aderat) indigna-
 tione uulneris, quod Romanos se absencee perce-
 terat, ducentis equisibus prater pedites lectis,
 otiose in ciuitatem introiuit: eoq; pratergressorum in-
 giles quidem ubi senserunt, ad arma cū clamore
 properabant: cognito autē intus constituti eius
 ingressu, atq; raptis liberis, trahētes etiam coniu-
 ges, cum ululatu & exclamacionibus in arcem re-
 fugiebant: aliq; Tito occurremus, sine intermis-
 sione trucidabanteur: qui uero prohibiti esse in
 arcem recurrere, nesciū quid facerent, Romanorum
 praefidūs incidebant: ubiq; autem infinitus erat
 morientium gemitus: perq; prona loca effusus
 cruor, totū oppidum disterbat. In eos autem, qui
 arcem occupauerant, omnē Vespasianus induxit
 exercitum. Erat autē saxosus & accessu diffi-
 cultissimus uertex, in immensum aditus, & undiq;
 circū rupiū multitudine praecops: unde Romane
 ad se

ad se aduenentes parecim teliis parecim saxis deuolu-
tu arcabant Iudei, cum ipsis in excelsso loco no-
fitos nulle sagitte contingere. Verum ad co-
rum interiu dñino munere quodam, turbo ex-
oritur, Romanorū quidem tela in eos firēs, ipsis
rum autē à Romanis repellens, & obliqua tra-
ducēs: ut neq; in prærupeis cōsistere propter vio-
lentiam flatus possent, cum nihil esset immobile,
neq; hostes ad se accedentes uidere. Itaq; super-
gressi Romani, eos circumueniunt: alios quidem
repugnantes antecapiebāt, alios manus dantes:
in omnes autem uehementius seniebāt, illorum
memoria quos in primo aggressu perdideram.
Muli autem undiq; circumclusi, desperatione
salmis, filios & coniuges & semetipos in val-
lem precipites dabant, que sub arce in profun-
dum patet. Euenit autem, ut ipsorum in se qui
capiti fuerāt, immanitate lenior existaret iracun-
dia Romanorū: ab his enim quaevor mulia per-
empta sunt: qui uero se precipitanterunt, quinq;
mulia sunt reperi. Neq; quisquam, praeter duas
mulieres salmis enasit: qua sorores erant. Phi-
lippi filie: qui Philippus Iachimo genitus erat,
insigni uiro, & qui sub Agrippa rege dux
exercitus fuerat: seruate sunt autē, quod excidi
tempore Romanorū imperium latuere: nec enim
uel infantibus pepercere, quorum multos singuli
raptos ex arce projiciebāt. Gamala quidem hoc
modo excisa est, tertio & nigesimo die mensis
Octobr

*Octobris: qua uigesimo et primo die mēsis Se-
ptembris cœperat rebellare.*

Gisca la à Tito capitul.

CAP. IIII.

Tamq; solum Gisca la oppidulum Galilæa restabat indomitiū: cuius multitudo pacis suu dio tenebatur, quod erant pleriq; agricole, spēq; suā semper in fructibus collocauerant. non par- ua autem manus larocinalis permixtione cor- rupe i crante, quo morbo etia nonnulli ciuiū la- borabat. Hos autem ad defectionem impellebat aq; conflabat Ieuia cuiusdā filius, nomine Io- annes, homo ueneficus et fallax, nariusq; mo- ribus, et immoderata sperare promptus, miroq; modo que sperasset efficiens: atq; omnibus iam cognitus, q affectanda sibi potentia causa bellū amaret. Huic apud Gisca la seditione turba parebat: quoru causa populus etiam legatos for- rasse de traditione missurus, Romanorū tanen congressum in parte belli praetolabatur. At Vespasianus cōtra hos quidem Titum cū equi- tibus milie, decimā uero legionē circa Scytho- polim misit: cum reliquis autem duabus Cesa- ream ipse regredirentur, dandam his ex labore cō- tinuo requie p̄mis, ex ciuitate copijs: eorumq; corpora, itēq; animos ad futura certamina exi- stimans esse refouendos: nec enī exiguum sibi labore superesse de Hierosolymis praeidebat, que et regalis esset ciuitas, et cuncta nationes praetularet. His autem qui ex bello fugisse in-

eam confluētibus, etiam naturalis munitione, itēq;
 murorū eius constructio, non mānīmā ei solici-
 tudinem cōparabat: cūm uirorū spiritū ex au-
 daciam, ex sine muris inexpugnabilitē esse cogi-
 taret: ob eamq; rem milites, uelut athletas, ante
 certamina oportere curari. Tīo autem ciuitas
Giscala (equitādo enim ad eam accesserat) ag-
 gressione capi facilis uidebatur: sciens tamen q
 ea nī capia, paſsim à militibus populus abſu-
 meretur (naq; satiates erat ipſe iam cedibus)
 miserans multitudinē etiā ipſe sine ullo discri-
 minē cū nocentibus intereuntem, pactione magis
 subigere ciuitatē uolebat. Itaq; plenis hominē
 muris, quorū pleriq; perdite factioṇis erāt, mi-
 rari se ait, quoniam freti confilio, cunctis iam ci-
 uitatibus captis, illi soli Romanorū arma operi-
 rentur, cū uiderent multo quidē munitione op-
 pida uno imperio fuisse submersa: securos autem
 fortunis suis potiri, qui Romanorū dexteris cre-
 didissent: quas quidē etiā nunc illis ait se porri-
 gere, neq; ob insolentiā succensere, quia spē li-
 bertatis ignoscendum putaret: non tamē, etiā si
 quis impossibilia uelle perseneraret. Quod si di-
 etis humanissimis nō paruissent, fidēq; dexteris
 non habuissent, experturos arma crudelia: iam
 tamq; cognituros esse, moenia sua ludit fore ma-
 chinis Romanorū, quibus fidentes, soli ex Galileis
 seſe ostentarene arrogātes esse captiuos. His
 dictis, populariū quidē nemine nō modō respō-
 dcre,

dere, sed ne ad murum quidē licuit ascendere:
quia totum Latrones occupauerant: & custodes
erāt portis appositi, ne quis uel ad sedis pro-
diret, uel equitū quenquā in ciuitatē recipere-
tur. Ioānes autē accipere se conditiones ait, & an
persuasurum, aut necessitatē belli renitētibus
adhibiturū. Illū tamen diē Indeorū legi oportet
re cōcēdi: quoniā sicut arma mouere, ita etiā de
pace cōuenire nefas haberent. Nā & Romanos
scire, qd ab omni cessaret opere dierū septē cir-
cūcio, quā si temerassent, nō minus coactos, quā
qui cogerent, piaculū cōmissuros, ipsumq; Titū:
nullū enim illi ex mora esse dispendiū formidā-
dum, qd unius noctis spatiū propter fugā consi-
liū ceperit, praeferum cū id obseruare circūsedē-
tē nemo prohibeat: sibi autē magnū esse lucrū,
nulla in re despicere patios mores. Et illū de-
cere, qui pacē nō sperātibus indulget, legē quo-
que seruare seruatis. His Titū Ioānes fallere co-
nabatur, nō tantum pro septimi dei religione,
quancū pro sua salute solitus: ucrebatur autē,
ne statim capta ciuitate, solus deſtitueretur, qui
totam in nocte ac fuga uita spem collocasset. Ve-
riū profecto Dei nūn in excidium Hierosoly-
morū Ioānē saluū esse cupientis, factū est ut nō
solū induciarū causationem Titus admittere,
uerum etiā in superiori parte oppidi castra po-
neret, ad Cydēssam, qui mediterraneus est Ty-
riorū uicus ualidissim⁹, Galileis semper exosua-

Nocte autem Ioannes, cùm nullas Romanorum excubias circa oppidū uideret, arrepta occasione, non solū his quos circa se habebat armatos, sed etiā senioribus plurimis cum familijs abductis, in Hierosolymā fugiebat. Sed usq; ad nigrissimū quidem stadium fieri posse uidebatur, ne mulieres ac pueros, aliamq; multitudinē secum duceret, homo quem captivitatis, itemq; salutis metus urgeret: ulira uero procedente eo, relinquebatur: Et oriebatur atrox remanensū flentus: quanto enim quisq; longius à suis aberat, tanto propiore se hostibus esse credebat. Iamq; affore qui se caperent existimātes, necessariò pavitabant: Et ad strepitū, quē ipsorum cursus faciebat, assidue respectabant, uelut instantibus quos fugissent: mulsiq; simul rubebant, et circa uiam plurimos certamen precedentiū concerbat. Misérabile autē foeminarum et infantium erat exitium. Aut si quā iactarent nocem, nonnulla uiros aut propinquos, ne se operirentur, orabant. Sed Ioannis exhortatio superabat, ne seipsoſ seruarent inclinatis: eoq; confugerent, unde pro remanētibus etiā ſi raperenteur, poenae à Romanis peterent. Multitudo quidem eorū qui fugerat, ne cuiq; uiriū fuit, cito dispersa est. Luce uero facta Titus ad muros aderat, feredis causa: populus autē portis ei patetis, cum coniugibus occurrentes, tanquā benemerito, et qui custodia ciuitatem liberasse, acclamabantur: simulq;

simulq; Ioannis fugam significantes, ut eis fibi
 parceret obsecrabant, et eos qui ex nouaru re-
 ru cupidis reliqui superessent, ulcisceretur. Ille
 autem precibus populi postulauit, equitum partem
 ut Ioannem persequeretur, misit. Sed eum quidem
 occupare nequiucre, qd ante quā uenerat, in Hiero-
 ro solymā sese receperat: una uero fugietiū pro-
 pè ad duo millia perimunt: mulieres ac pueros
 paulo minus quā tria millia circumactos redu-
 cunt. Tunc autem indignè ferebat, non statim à
 Ioanne poenas fraudis exactas: irato uero ani-
 mo satis esse qd spe deciderat ad solatiū purans,
 captiuorū et qui trucidati fuerant multitudi-
 nem, in oppidū cum fanore ingreditur: insisq;
 multisibz minima muri parte iure possessionis
 abrūpere, minitando magis quā punitio repre-
 mebat perturbata ciuitatis autores. Multos enim
 propter odia domestica, vel proprias inimici-
 tias, delatores innocētia fore credebat, si dignos
 poena discerneret: meliusq; noxiū relinquere
 meū suspensum, quā immoritū quenquā cū eo
 perdere, existimabat. Illum enim fortassis mode-
 stiorē futurū, vel metu supplicij, vel qd crubescen-
 ret præteriorum criminū uenia: sine causa uero
 morientiū poenas, nullo modo corrigi posse.
 Praesidijs tamen ciuitatē circumdedit, qua tam
 monachorum rerum studiosos cōpescerent, quā pro
 pace sentientes, quos ibi relicturus erat, maiore
 fiducia firmarent. Galilaeus quidem tota, postquā

muleo sudore Romanos exercuit, hoc modo
subalta est.

Hierosolymitani excidiū initium: C A P. V.

A pud Hierosolymam uero, ad Ioannis in-
troitū, omnis populus erat effusus, & cir-
ca singulos, qui una cōfugerant, numeroſa tur-
ba collecti, quas foris clades experti eſſent, per-
contabantur. Illorū autē fernens quidē adhuc
aEQ; interrupitus anhelitus, necessitatē signifi-
cabat. Veruntamē in malis quoq; ſibi arroga-
bant: non Romanorum nim fuisse dicentes, ſed
ſpōe ueniffe, ut cum his ex eniori loco pugna-
rent. Inconfitorū enim aEQ; innuiliū eſſe homi-
num, incaute pro Giscalis & inuālidis oppi-
dulis periclitari, cū arma uigoreq; oporteat pro
metropoli uifcipere, aEQ; fernare: significādo ra-
men excidiū Giscalorū, etiā quam diſcebat ho-
neſtam diſceſſionē ſuam, ut multi fugā eſſe in-
ſelligerent, prodiderunt. Auditis autē qua ca-
piui perenlere, non mediocris populū periuropa-
tio tenuit, magnumq; id eſſe argumentū pro-
priū reputabane excidiū. At Ioannes eorū qui-
dem quos fugiētes reliquerat, cauſa minus eru-
beſcebat: singulos autē circuiens ſpe ad bellum
incitabat, infirmitatem Romanorum aſſerens,
propriasq; uitres extollens, & imperitorum ea
cauillatione incitā decipiēs, q; etiamſi pennas
ſumerent, nunquā Hierosolymorū mœnia trāſ-
gredere nent Romani, qui pro Galileorum uicis

tanea mala pertulissent, atq; in eorū muris ma-
 chinas cōseruissent. His eius dictis magna quidē
 corrumpebatur iuuenum manus. Prudentiorū
 autem atq; seniorum nemo erat, qui nō futura
 prospiciens, uelut iam perditam ciuitatē luge-
 ret. Et populus quidē in ea cōfusione iunc erat.
 Se uero per territoriū manus agrestium, ante
 seditionem qua Hierosolymis orta est, discordare
 iam coepereat. Titus enim à Giscala Cesareā,
 Vespasianus autē à Casarea Iamniā ex Azot-
 eum profectus, utramq; subegit: imposuitq; illic
 praefidijs, reuertebatur, maximam ducēs eorum
 multitudinem, qui se federe sociauerant. Si-
 gulas autē ciuitates cum multis bellumq; inestim-
 num exagitabat: quemumq; à Rom. respira-
 sens, in semetipso manus uerrebant: cūm inter
 amatores bellī ac pacis cupidos esset saua cōfē-
 tio: duduonq; discordiū pertinacia primō inter
 domos accēderetur: deinde inter se amicissimè
 populi dissiderent: ex similia uolēces quisq;
 conueniens, aperte iam coacta multitudine re-
 bellaret. Itaq; dissensiones quidem apud omnes
 erant: nouitatio autē armorumq; cupientes se-
 nibus ac sobrijs iuueniret atq; audacia prasta-
 bant. Primō autem indigenarū singuli pradari
 coeperunt: deinde ex composito consertu cunei,
 per territoriū latrocinabantur: ut quod ad cru-
 delitatem atq; iniusticiā spectat, nihil à Roma-
 nis gentiles abessent; atq; ipsis qui uastabantur.

illarum à Romanis excidiū lenius nideretur. Cimicatum uero custodes, partim quia defatigari pigeret, partim odio nationis, aue nulli, aut minimo erant male affectis auxilio: donec rapinareū societate undiq; congregati collegiorū lauro-cinalium principes, atq; in agmen cōflati Hierosolymis irrumptū. que cinitas à nullo regebatur; et more patrio gentiles omnes sine observatione recipiebat: tunc praeципue cūclis existimantibus, universos qui superinfluerent, adiumento ex benevolentia uenire. Qua quidem res etiam sine dissensione ciuitate postea pessundebat, eo q; incus & inutilis muliundo que pugnacibus sufficere possent, alimēta consumpsi: bisq; prater bellū etiā seditionē famamq; cōparauit: aliq; larrones ex agris eō transgressi, ac multo senioribus quos intus inuenere sociati nullū atroc facinus intermittebant. Nec enim rapinis & expoliationibus metiebant audacia, sed usq; ad cades ruebant: nō clam, neq; per nocte, aut quoslibet homines, uerū luce palā nobilissimos quosq; adoriedō. Nā primū Aniipam regū generis uirum, & adeò potētissimū ciuiū, ut euiam publicos thesauros fidei sua permisso habereet, cōprehensum custodia tradiderūt: post hanc etiam Zeniā quendā, insignē uirū, & Sopham filiū Raguelis, regalis similiiter utrūq; familia, omnesq; praterea, qui prestare alijs nidebantur. Granū autē metus populū possedebat:

& uel

et uelut capta ciuitate, salutē propriā quisq; cu-
rabas. Illi autē clausorū uinculis nō fuere cōtē-
si, neq; eutū arbitrabātur ea potēcia uiros diu-
tium custodire: nā & ipsos, & domos eorū non
paucis uiris frequētari, ac per hoc ad uicissen-
dum esse idoneos, & præterea rebellaturū for-
tasse populū, iniquitate cōmotum. Decreto igi-
sur eos occidi, missione quendā de suo numero
Ioannem, ad cades prompsissimū, qui lingua pa-
tria Dorcadus filius dicebatur: eūq; alij decem
armati gladijs, secuti ad carcerē, ibi quos repe-
rissent ineſſiūne. Fingebāe autē huius imma-
niſſimi ſceleris cauſam, cū Romanis eos de tra-
ditione ciuitatis colloquios fuisse, cōmunisq; li-
bertatis preditores incremisse dicebant, pro-
fus, ut audacia ſua tanq; feruatores ciuitatis, ac
bene de ea meriti gloriarentur. Euenit autē po-
pulum quidē ad hoc humiliatio ac formidinis,
illós uero insolētia progredi, ut in eorū effe ar-
bitrio etiam pontificū designatio: deniq; fami-
lijs abrogatis, unde per ſucessionem pontifices
creabantur, incognitos atq; ignobiles conſiue-
bant, ni impiorū facinorū ſocios haberent: nam
qui ſupra meriti ſummos honores adepti erāt,
hie obediēbant necessariō, qui ſibi eos praſtue-
rare: quoniā & dignitate preditos, marijs ma-
chinis ſiciliq; sermonibus cōmitembant, oppor-
tunitatē ſibi ex eorū qui ſe prohibere poterant,
conſecratione capiant: donec hominū perſecu-
tione

eione satiati, in diuinitate conuictias transu-
lerūt, pedibus q; pollutis in sanctū locū introire
cōperunt. Iam uero populo contra eos cōcitato
(nanq; auctor erat Ananus, anno maximus pon-
tificū, iecm q; sapientissimus: & qui forcessit ci-
nūtāē conservasset, si insidiatorū manus potu-
set effugere) illi templum Dei aduersus populi
turbam, castellum ac profugū sibi fecere, quod
pro domicilio habebant tyrannidis. Acerbus
autē malis admiscebantur etiam cauillatio, qua pra-
ecerie eorum factis erat dolori. sentando enim
quanto meu populus teneretur, suasq; utres ex-
plorando, sorte pōtifices creare conari sunt, cū
his (ne diximus) ex familijs successio deberetur.
Huic autē fraudi mos antiquus obtemperauit:
nam et olim sorte pōtificatus deferri solitū fuisse
dicebant: re autem uera, legis erat abrogatio fir-
mioris, per eos qui ad potentiaē designandorum
magistratuū licetiā cōpararet. Itaq; una sacra-
tarū tribuū accita que Eniachin appellatur, pō-
tificem sortiebatur: casuq; sors exit homini, per
quē maximē eoru iniquitas demonstrata est. Pha-
ni cuiida, filio Samuelis, ex uico Aphthasi, non
solū nō ex pōtificibus orto, sed aperiē quid esse
pōtificatus, propter rusticitatē penitus nesciēti.
Deniq; innuicū cum rure abstractum, ut in scena
fieri solet, aliena ornatore persona: indumentq;
sacra ueste, quid facere deberet, subito institue-
bans: indumentq; & iocum esse tamum nefas ar-
bitrab

bitrabantur. Ceteri uero sacerdotes, procul spe-
ctantes ludibrio legem haberi, lacrymas uix te-
nebat, honoresq; sacroru solui graniter ingeme-
bant. Populus autem hanc eorum audaciam non
tolit, sed omnes quasi ad deponendam tyrannidem
animos intenderant: nem qui prestatore ceteris n*on*
debantur, Gorion Iosephi filius, et Simeon Ga-
malielus, tam singulos circueentes, quam simul
universos in concionibus horribantur, quo tandem
aliquando libertatis corruptores uiliu irent, san-
ctumq; locum ab hominibus sceleratis purgare
properarent. P*o*ecilices etiam probatissimi, Gama-
la quidem filius Iesu, Anani autem Ananus,
populu frequenter in coetibus reprobrando eius
segniciem, contra Zeletas excitauerunt: ita enim
se ipsi vocabat, uti bonarum professionu amuli,
ac non qui pessimam facinorum immanitatem
superassent. Itaque in concionem populo congre-
gato, cunctisq; indignantibus occupationes san-
ctorum, itemq; rapinas et cedes, nondum autem
promptis ad ulciscendum, propriea quod inex-
pugnabiles (id enim ueru erat) Zeletas putabat-
tur, stans inter eos medius Ananus, et ad legem
crebro respectans, cum lacrymis opplesset oculos:
E quidem, inquit, mori potius deberem, quam
dei domicilium uidere tantis refutum pia-
culis, atque inaccessa et sancta loca scelerato-
rum pedibus frequentari: uerum tamen sa-
cerdos alicuius nostre amiclus, et sanctissimum uene-
rabilis

rabilium nominū ferēs, nimo, atq; anima amore
eoneor, nec pro se vultne quidē mea mortē susti-
nens gloriosam. Spur solus ibo, & tanquam in
solitudine animā meam solam dabo pro Deo:
nam quid opus est unire in populo, clades suas
minime sentiēt, & apud quos mala præsencia
nemo prohibet? siquidē spoliari patimini, ac mer-
berat iacetis, et ne gemini quidē aperio quis-
quam prosequitur interemptos. O acerbam do-
minationē! Quid de tyrānis querar? Nunquid
non à nobis nostra potētia nutriti sumi? nūquid
non despctis quā primi erant, cū adhuc pauci
essent, nos dum ractis, plures eos fecisti? atq;
illis armatis quiescentes, in uosmetipsoſ arma
ueriſtis? cū primos eorū conatus opportuſiſ-
ser infringi, quādo cognatos cōuitijs apperebās.
Uos autē negligendo, ad depradationē noxios
irritaſtis, quia uastiarū adiū nulla ratio erat.
Itaq; iam domini ipsi rapiebātur, eisq; cū per
mediam ciuitatē traherētur, nemo erat auxilio.
Illi autē à nobis proditos, etiā uinculis affecere:
non dico quales & quantos, sed q; non accusa-
eos, indemnatos, uinculos nemo adiunxit. Restabas
eosdem uidere trucidari. Hoc etiā uidimus, ne-
luit ē grege brutorū animalium cū præcipua
quaq; duceretur hostia, ne uocē quidē quisquā
emisit, nedum dexterā monit. Patiemini ergo,
patiemini, ejam sancta conculcari uidentes?
Cumq; omnes iudacia gradus nefarij homi-
nibus

nibus subieceritis, eorum præstatiam reueremini?
 nunc enim profecto ad maiora procederent, si
 quid maius quod cuartere inueniretur. Tene-
 tur quidem munitissimus ciuitatis locus, sicut ap-
 pellatione, re arx quedam sine castellum. Tanta
 igitur conera nos tyranno de munita, et inimicis
 super uerticem positis, ut uidetis, quid cogitatis?
 que quibus uestris sententias applicatis? An
 Romanos exspectatis, ne sanctis uestris opitulen-
 tur? Ita quidem se nostra ciuitatis habet res, eoq;
 iam calamitatis uenit est, ut misereatur nostri
 etiam hosti. Non exurgetis o miseris, respectisq;
 vulneribus uestris, quod etiam seras bestias fa-
 cere uideremus, non uolum ibitis in hos, qui nos
 percussere? Non suas quisq; recordabitur clau-
 des, et ante oculos positis qua perulerit, ad ul-
 cione animos acuet? Periit apud nos (ni fallor)
 affectionum omnium carissima, et maxime naeu-
 ralis, cupiditas libertatis: seruitutis autem ac do-
 minorum amantes facti sumus, tanquam subiugari
 a maioribus dicerimus. Atq; illi quidem mul-
 ta et maxima bella, ut in libertate uiueret, per-
 culerunt, ne aut Aegyptiorum aut Medorum po-
 tencie cederent, dummodo ne faceret quæ inube-
 retur. Et quid opus est de maioribus loqui. Hoc
 ipsum bellum quod cum Romanis nunc gerimus,
 strum comode, an contraria incōmoda non reserā,
 palam quidem habet cause, nisi liberarem? Ergo
 qui dominis eotius orbis seruire non patimur,
 gentil

genitiles nostros scriimus tyrannos? Quanquam ex-
ternis obedientes, ad fortunam semel id referant,
enim iniuria nulli sunt. Si uero pessimis sno-
rum cedere, ignororū est. Et cupientū seruien-
di. Ed huc autem, quia Romanorū meneio facta
est, non nos celabo, quid dum loquor interuenie-
rit, mētemq; retraxerit: q; etiam si ab his capti
fuerimus (absit autem huic dicti periculu) nihil
acerbius experiemur, quam isti nos affecere. Quo
pacto autem nō lacrymis dignū sit, illorū quidem
in templo donaria cernere, gentiliū uero spolia,
qui nobilitatē huic maximē omnium ciuitatis
cōpilauerūt: eosq; viros ericidatos uideri, qui-
bus etiā illi post victoriā obtemperassent? Et
Romanos quidem nunquam transgredi ausos esse
limicē profanorū, aut sacraa quicquam cōsue-
dīs praeierire: sanctorū autem ambitū, quamuis
procū aspectū perhorrescere: quosdam uero in
his locis natos, ac sub nostris moribus educatos,
et qui Iudai nocētur, inter media sancta deambu-
lare, manibus adhuc suis gentili cade calen-
tibus? Quis igitur exterrū bellum metuat, ex
cōparatione domestici? Multo nobis aquior est
hostis: nam si propriè rebus sive aperanda uocabula, fortaſſe reperiatur, legum quidē conſer-
natores nobis fuisse Romanos, hostes uero intus
haberi. Verū hos infidiatores libertatis exitio
deberi, neq; facinorum eorū dignum excogita-
ri posse supplicium, certum est: idemq; omni-
bns

bus nobis, ex ante orationē meam esse persuasum, atq; ipsis nos rebus quas perinlistis, in eos esse cōmōeos. Pleriq; autē fortasse multitudinē eorū, atq; audaciam reformidant, ex praeerea qd in loco superiorē consistunt. Sed hec ut nostra negligentia conflata sunt, ita nunc magis proficiēt, si morabitur: nam ex numerus illorum in dies singulos alitur, eo qd nequissimus quisq; ad similes profugiat: ex audaciam plus accedit, qd nullū adhuc eius impedimentū interuenit: locoq; superiore utetur, ex quidē cum apparauit, si his rēpus demus. Quod si aduersus eos ire cōperimus, humiliores erunt, mihi credite, cōscientia: ex celioris loci beneficiū, reputatio scelerū perdet. Fortasse autē Dei pariter spuma maiestas, in ipsos tela rētorscrīt, suisq; misib; consumētur impij. Videant nos tamenmodo, ex deiecli sunt, quanquā pulchrum est, ne etiā si quod periculum imminet, pro saeris iannis moriamur: ac si nō liberis ex coniugib; pro Deo tamē eimq; sanctis animas profundamus. Præbebo autē manū, atq; sententiā, ex neq; consiliū nobis nullū deerit ad cautionē, neque me corpori meo parere videbitis. His manus contra Zelotas populū horribantur: non quidem nesciens iam expugnari nix posse propter multitudinē ac innuenturē animorumq; periuaciā, mulioq; magis propter conscientiam cōmōsorū: nec enim cōcessum iri uenit his qua perpet

perpetraverant, sperabant : ueruntamē quiduis
perpeti praestabilius existimabat, quā in tanta
rerū perturbatione rem p. negligere. Populus an-
tem duci se clamabat in eos, corra quos rogaba-
tur, & ad subiecta pericula quisq; promptus
erat. Sed dum Ananias magis idoneos discer-
neret, atq; ordinaret ad præliū, Zelotes cunctis co-
natiibus eius cognitis (certos enim q; omnia sibi
numiārē habebāt) in poneficē cōmouētur : ac
modò p euncos, modò simul uniuersi profiliū.
neq; obuiio cuiquā parcebat. Cito autē &
Ananias populū cōgregauit, muleitudine quidem
superiorē, armis uero cōstipatis, nō erāt Zelota
inferiores: adacitas uero, quod deerat, in utrisq;
supplebat. Nam & ciues armis irā cōceperant
fortiorā. & qui de rēplo exierāt, quavis muleitu-
dine maiore audaciā. Quippe illi qdē habita-
re se in ciuitate minime posse arbitrabātur, nisi
Zelotas eximerent: hi uero nisi uicissent, nullū se
nō subituros esse suppliciū. Manus autē conse-
ruere, pro ducibus obediētes motibus animorū.
Et primo quidē in ciuitate ac pro rēplo eminua-
mis̄ Lapidib⁹ semet inuicē appetebāt: si uero
aliqua pars terga uertisset, uictores gladiis ue-
banerū: cūq; plurimi fauciarentur, mulse cades-
uirobiq; siebant. Et populares quidē in domos
referebātur à suis, Zelotarū autē quicunq; uul-
neraeui fuisse, in templū ascendebat, sacrā hu-
mum cruore perfundens, ut solo eoru sanguine
niola

violatiā religionē recte quis dixerit. Sēper quidē
 latrones excurrēdo in congreſſionibus preuale-
 bant. Itati uero populares, proficiente quotidie
 numero suo, cūm desides increparent, quiq; à
 ergo sequebantur, nō aperiēdo fugientibus niā
 innitos eos repugnare cōpelleret, uniuersos qui-
 dem suos in hōstes cōncreūt: illis autē, quia uim
 ferre nō poterat, paulatim ad templum receden-
 tibus, irruempit unā cū socijs Ananus. Vnde fa-
 ctum est, ut eos q; ambitu exteriori expulsi es-
 sent, metus inuaderet: ideoq; in murū interiorē
 fuga receperit, mature ianuas occluderet. Verūm
 Anano poris quidē sacris manus afferre non
 placebat, hōstibus quoq; desuper tela torquen-
 tibus, nefas esse existimanei, etiam si niciisset, non
 lūstratiū prius populum introducere. Ex omni
 autē suorum mulierudine sex ferē armatorum
 milīlia sortitus, custodes eos in porticibus collo-
 cat: his autē qui succederent, in excubij alijs
 per ordinē ponit. Multi autē honeſtorū ab o-
 primisibus ad id electi, mercede cōductos pa-
 peres nīce sua prēsidij deſtinabant. Fit autem
 his omnibus exitij cauſa Ioannes, quem ex Gi-
 scabio effugisse prēdiximus. Is enim dolis ple-
 nus, q; uehementē dominationis cupiditatem
 mente circumferēs, iam dudum rebus cōmuni-
 bus moliebatur infidias. Itaq; tunc eadem qua
 populus sentire se ſimilās, aderat Anano: tam
 diebus cū proceribus capienti consilium, quam

noctibus peragrāci custodias, omniaq; secreta
 Zelotis renunciabat: nullumq; populi consiliū
 non prius quā caperetur, inimici sciebant eum
 indicio: immoderatis uero & Ananii, & po-
 puli principes placabat obsequijs, ne in aliquā
 suspicionē uenires affectans. Sed hæc eius hono-
 rificentia in conterariū uertebatur: erat enim ex
 adulacionū uarietate suspectior: eoq; ipso quod
 eiā non accitus assiduus erat, arcanorū prodi-
 tor habebatur. Etenim perspiciebat Ananus,
 omnia sua consilia hostes intelligere: & qua-
 diu facheret, suspicionē prodictionis habebat:
 submouere autem illū non erat facile, neq; pos-
 sibile, q; malitia præualeret: ac præter hoc mul-
 torum non ignobilium, qui summis rebus adhi-
 bebantur, patrocinio succinctus erat. Visum est
 igitur ab eo sacramentū benevolentie causa pe-
 ri: nihilq; dubitans, & fidē populo se seruaturū
 iuravit, neq; factū eius inimicis ullū, neq; cōfi-
 lium proditurum: usaq; deponēdis rebellibus,
 & manu & uoluntate operā collæviorum. Itaq;
 Ananus eiusq; socij, quoniā iurato crediderat,
 nulla iam suspicione suis eum consilijs adhibe-
 bant: moxq; ab ipsis concordie causa legatus
 intramittitur ad Zelotas: cura namq; habebat,
 ne sanū culpa sua pollueretur, néne quisquam in
 eo procūberet Inde orū. Ille autē, quasi Zelotis
 ac nō conerā pro benevolentia intravisset, ingres-
 sus ad eos, medium constitit: & sepe quidem se
 illorū

illorum causa in magno periculo fuisse dixit, ne quid secretorū ignoraret, que in eos Ananū cū socijs cogitasset, nūc autē ingens cū ipsis omnibus subiturū esse discriminis, nisi diuinum quoddam praeslo fuerit auxiliū: nihil enim iam morari Ananū: sed persuasisse quidē populo, ad Vespasianū legatos mutare, ut ad capienda cīvitatē quamprimum uenire properaret: indixisse autē lūstrationē postero die, ut religione simulata intromissi, uel etiam si prælio manus consereret. Se autē nō uidere, quā diu aue obſidionem sustinebunt, aue cū ranta manu acie con-
gredierentur. Ad hec addebat, q; ipse Dei pro-
uidentia transactionis eſſet cauſa legatus: hanc
enim ſpem Ananū his proponere, quo nihil ſu-
ſpicantes eos ſubitō aggrediceretur. Itaq; oportet-
re, ſi quis habendam uiae rationem duceret, aue
obſidentibus ſupplicare, aue foris aliquod pra-
ſidium petere. Quos autem ſi uicti eſſent, uenia-
ſpes foueret, immemores audacie ſua credere, ſi-
mul ac factores pœnituerit admissorū, in gratiā
ſtatim eos qui perpeſsi ſunt rediuros. Sed nocen-
tiuon quidē ſape innuſam etiam pœnitudinem
fieri, laſis autē iram in licentia ſeniorē: immine-
re autē illis aie interfeitorū amicos atq; cognati-
eos, eorumq; populū pro diſſoluteis legibus ac im-
dicis indignatione flagrante: ubi etiam ſi qua-
pars misericordia fuerit, maiori eam iraſcentiū
eurba ceſſuram. Talia quidem uariabat Ioan-

nes, terrorem incutiens multitudini: exterritum uero auxilium aperi quidē indicare quod diceres non audebat: Idumaos autē significabat: siq; prīcipes Zelotarum priuati etiam comoneres crudelitatis Ananum arguebat, i p̄fis cum maxime minitari confirmans.

Idumæorum aduentus pro Hierosolymitanis, &
acta.

C A P . VI.

Erant autē Eleazarus Simonis filius, qui etiā prater alios idoneus esse uidebatur ex recte cōsulere, ex qua cōsuluisse efficere, itēq; Zacharias filius Amphicali, uterq; à sacerdotibus genus ducēs. Hi prater cōmunes, etiā primatis intermissionib⁹ cognitis, quodq; Anani factio potētie sibi cōparāde causa Romanos accerseret (nā et hoc Ioānes affinxerat) diu qdē quid ageret dubitabāt, angustijs tēporis cōclusi: populu enim haud multo post eos aggredi parauū esse cogitabāt: externi uero subsidy faculta tē, infidiarū sibi celeritate prareptā: priusq; fore ut omnia patrētur, q̄ auxiliariū q̄sq; ista cognosceret. Aduocari tñ Idumaos placuit: scrip̄taq; breuiter epistola, q̄ circūnēto populo Ananus uelles Romanis metropolim prodere: ipsi autē pro libertate dis̄sidētes, in tēplo obſiderent, minimūq; tēporis salutē sibi promiseret: ac niſi mauret subueniret, ipſos qdē Anano atq; imicis, at uero cinitatē Romanis ilico subiugandam: pleraq; nūijs ad rectores Idumæorū reſervanda

renda mandare. Ad hoc autem lecti sunt duo
uiri strenui, et dicendi peritissimi, et ad per-
suadendum satis idonei: quodque; his rebus esse
milius pedum uelocitate prestantes: nam Idu-
maeos confestim paratueros certū erat, quod sur-
barū cupiens et incondita esset natio, semperque;
ad motus facilis atque suspensa, et rerū mutatio-
nibus late, minimusque; pertentium blanditijs ad
bella promptissima: et uelut ad festorum quan-
dam solennitatē, sic ad prælia properans. Celeri-
tatem autē nunciū exigebant, atque istis nihil de-
erat alacritatis: uterque; autē Ananias vocaba-
tur, iamque; apud rectores aderant Idumaorū. Illi
autē simul epistola mādatisque; attoniti, quasi fu-
ribūdi circumstare genitē, militiamque; denūtiare
cooperunt. Itaque; mox et dicto citius multitudo
cōnenerat, omnesque; pro libertate metropoleos ar-
ma rapiebāt. Congregati autē propè ad xx. m.
cū ducibus quatuor Hierosolymā uenirentur: hoc
est Ioanne et Iacobo Sosa filiis, et preterea Si-
mone Cathle, et Phinea Clusoth filiis. Ananum
autem profectio legatorū, itemque; uigiles eius la-
tnit, sed nō etiā imperus Iudaorū: hoc enim autē
cognito, portas eis clausit, et muris custodes ap-
posuit: nō tamē uisum est bello cū his congregari,
sed uerbis eis ante persuadere cōcordiam. Stans
ergo in aduersa turri Iesus, post Ananum auo-
pone maximus: Cū multa, inquit. Et uaria
urbā cūnuerim ciuitatē, in nulla re sic miranda

fortuna est, us in eo, q̄ pessimis etiā inopinata
 conspirant: etenim perdiçissimis hominib⁹ cō-
 tra nos auxilio uenisti, tanta cum alacritate,
 quārā nec in Barbaros aduocāte nos metropoli
 uenire decūsset. Et si quidē uidere consensionē
 uestrā simile esse horū hominū qui nos rogaue-
 runt, nō existimare impetu carere ratione: ni-
 hil enim aquē ac morū cognatio concordia fir-
 mat. Nunc uero illi quide, si quis eorū singulos
 explorauerit, mille mortibus digni reperiētur:
 nam ludibria & purgamenta totius rusticæ ple-
 bis, luxu absumptis patrimonij suis, postquam
 in uicis & ciuitatibus proximis audaciā exer-
 cuere, postremò in sacrā ciuitatē clām influxere
 ut latrones, solūq; religiosum immanitatem pol-
 luerū scelerū: eosq; uideas sine metu inter san-
 ctā ebrios, & auditate ueneris peremperū spo-
 lia consumētes. Uestra uero multisudo armato-
 rumq; talis ornatus est, quale deceret esse, si pu-
 blico nos cōsilio metropolis iniuraret, in alieni-
 genas laturos auxilia. Quid igitur hoc esse quis
 dixerit, nisi fortune iniuriā: cū pro nequissimis
 cōuenisse & integra nationis uestra arma ui-
 dcantur cōspirare? Iam dudū quidē reperire ne-
 queo, quidnā fuerit quod nos tā cito cōmoneris:
 nec enim sine magna causa fieri potuisse ut ar-
 ma pro latronibus aduersus cognati⁹ populū ca-
 peretis. Quid? Romanos audistis & proditionē?
 his enim quidā uestrū obstrepebare nūc, libe-
 randa

randa metropoleos causa uenisse dicentes: unde mirati sumus praece alia, noxiorū tale commen-
tum: niros enim natura libertatis amatores, eoq;
cum externis hostibus pugnare paratissimos,
aliter cōtra nos efferrare non poterant, quam na-
turae libertatis proditione mērita. Sed enim nos
considerare oportet, qui nos insimulauerint: fi-
demq; in nos ueritatis ex rebus cōmuniib; non
ex filio sermone colligere. Quid enim passi, nūc
demum nos dedimus Romanis, cū ab initio li-
cuerit aut ab his non deficere, aut quia defeci-
mus, cito redire in gratiam, prīnsquā circa nos
omnia uastarētur? namq; iam, ne uolētibus qui-
dem nobis, trāsactio facilis est: cūm & superbos
eos effecerit Galilea sub iugum missa: morte q;
grauiore afferat turpitudinē, appropinquantes
placare. E quidē quod in me est, pacē morti an-
tepono: semel autē bello appetitus, postquam pu-
gna cōmissa est, gloriosam mortem uita captiui
existimo potiorē. Sed utrum nos populi princi-
pes autē clām misisse aliquem ad Romanos, an
etiam totum populum cōmuni suffragio? Si quis-
demos nobis dicant, quos amicos misericimus, qui
serui fuerint prodictionis ministri. Cūm ires ali-
quis deprehensus est, rediens captius est, literas
nacti sunt? Quēadmodum autē tantā cimicū
multitudinē latceremus, cūm quibus omni hora
versaremur? Paucis autē, atq; his inclusis, q de-
templo ne in ciuitatē quidē prodire possent, quo

pacto sunt cognita, qua occulicè extra ciuitatem fierent? An uero nunc cognouere, quando au-
torum pone reddende sunt? donec autem sine meo
suere, neminem nostrum proditorem suspicaban-
tur? Sin ad populum causam referunt, publicum
habuit nempe cōcilium, nemo aberat concioni:
ideoq; manifestior ad nos nuntius fama citius
properasset. Quid autem opus erat legatos misse-
re, cum certa nobis esset de transactione senten-
tia? Et quis designatus fu^r dicatur. Sed he quidem
male periturorum, & instantes paenas evitare cu-
pientium causationes sunt. Quin etiam si ciuita-
tem prodi in fatus esset, id quoq; ipsos qui nos
criminariur ausuros opinor, quorum audacia unum
malum uidetur deesse proditio. Vos autem oportet,
quia semel cum armis adestris, primum (id quod est
iustissimum) iuuare metropolim, & una nobiscum
tyrannos eximere, per quos iudicia dissoluta sunt:
qui calcatis legibus iura suis gladiis permisere:
denique nobiles viros non incusatos, ex medio ra-
pros foro, primum ninculis cruciarunt: deinde
non uoce neque prece eorum morati, neci tradide-
runt. Lices autem nobis non belli lege ingressis,
horum uidere argumentum, que dixi, desolatae
domos rapinis, coniuges in ueste lugubri ac fa-
milia peremptorum, & per totam ciuitatem ulu-
latus & fletus: nullus enim non persecutionem
expertus est impiorum, qui ad hoc insanie proru-
pere, ut larocinalem audaciam non solum ex
agris

agris atq; alienis ciuitatibus in hanc, quae ex
capue et facies gentis est, sed in phanū etiam ex-
ciuitate transferrent. Deniq; hoc sibi et ad ex-
cursus et ad perfugium elegerūt, isq; fiscus il-
lis est eorū qua in nos cōparantur: et locus rotis
orbi terra uenerabilis, quiq; ab uniuersis alieni-
genis, ab extremo līmite mūdi uenientibus, ho-
noratur, per hac qua apud nos nata sunt por-
tentia cōculcatur. Exultant autē rebus despera-
tis, populos cōmisi populis, et ciuitatibus ciui-
tates, gētesq; in sua uiscera delectū habere, cūm
debueritis (ut dixi) quod factū esset optimū ac
deceret, nobiscum nocentes extimere: atq; hanc
ipsam fallaciam uilem ire, quod auxilio nos ad-
nocare ausi sunt, quos metuere nūdices debu-
sent. Quod si eiusmodi hominū preces reveren-
das putatis, atamen licet nobis armis depositis,
cognatorū habitu introire ciuitatē: medioq; in-
ineer hostes atq; auxiliares suscepto nomine, de
nostris discordijs iudicare: quanquam reputate
quid habebunt commodi, cūm de manifestis ae-
tācis criminibus apud nos causam dicturi sunt,
qui hominibus non accusatis, ne uerbū quidem
facere permiscre. Ferant igitur hanc ex uestro
adūciū gratiam. Si aerō neq; nobiscū indignari
neq; iudicare uilem, tertium restat, ut relictis
uerrisq; pareibus, nec nostris cladibus insuletis,
nec cum infidiatoribus metropoleos maneat.
Nam eis maximè quęquam nostrū suspicamini

Romanis colloquium, obsernare nobis itinera li-
cer: tamenq; demū tueri metropolim, cum factum
aliquid huinsmodi parcerit, quale delatū est. *C*y-
m̄ autores eius, si cōniicti fuerint, vindicare. Non
enī nos praeveniunt hostes, iuxta cīnitatē sedi-
bus positū. Sin horū nihil nobis grātū aut me-
diocre uideatur, ne portarum claustra miremini,
quatenus arma portabitū. Hac quidē Iesus lo-
quebatur. Idū meorum autem mulierēdo neque-
quād animū aduerterebat, ardens iracūdia, quōd
non paratū habuissē iheroitū: proq; armis inter-
se duces indignabātur, captivitatē esse existi-
mantes, si ea quibusdam iubētibus deposuissent.
*V*nus autem ducū Simon filius Caphla, uix pla-
cato suorū tumultu, stans in eo loco unde exan-
diri à poneficiis posset, nō iam mirari se ait, si
liberatis propugnatores in templo obſiderentur
inelūsi, cūm illi cūlē genii cōmunem clauſerint
cīnitatem: *C*y Romanos quidē fortaſſe, coronatis
etīā portis recipere sine parati, Idū meos autem
ex turribus alloquātur, captaq; inbeane pro li-
beratec arme proīcere: cognatisq; non credentes
cuſtodiā cīnitati, iudices eos discordiarū fieri
ueline: *C*y alios accusando quōd indemnatos ci-
ues occiderint, ipſi totā dannū ignominia na-
tionem: deniq; urbem omnibus alienigenis reli-
gionis caſa paſceat, nunc domesticis praclusi-
ſiu. Valde enim conera nos festinabamus, *C*y ad
gerendum cū genitib⁹ bellū: qui ob hoc adesse
prope

properanimus, ut nos seruaremus liberos. Nempe taliter nos etiam hi quos obfidentis lascere, tamque uerisimiles puto suspiciones in illos quoque colligitis. Deinde qui Reip. defensores sunt intus in custodia tenetes, genere coniunctissimi gentibus simul uniuersis ciuitate praclusam tyrannidem perferre dicuntur, cum tam contumeliosis nos inbeatius obtemperare praceperis: nomenque potestia alijs, qui nos tyrannos patiuntur, annexit. Quis cancellationē nostri sermonis uuleris, cum rerum repugnanciam uideat? Etenim uobis etiam nunc Idumaeos excludentibus ciuitate (namque ipsi nos a patribus sacris arcetis) recte quis eos incusauerit qui custodiuntur in templo, quod cum aut effene pleclere proditores, quos uiros nobiles ex innocentes pro societate facinoris declitatis, non a uobis inceperint, summaque prodictionis membra praeviderint? Sed licet illi moliores quam res poscebat innenti sine, nos tamen domicilium Dei scrubamus Idumaei, ex pro communi patria propugnabimus: tamque foris irruentes, quamquam infidianes, hostiles pariter uiscemur. Hic autem manebimus pro muris armati, donec auctoritas Ramani respiciendo liberent, aut ipsi recuperata libertatis cura mouemini.

De clade Iudeorum ab Idumaeis facta. C A. VII.
His dictis Idumaeorum quidem multitudine clamore consensit: Iesus autem christus recessit, cum nec Idumaeos quicquam sentire moderatus. Ex dupl.

duplice bello oppugnari cimicatē uideret. Quippe nec Idumaeorū rumor & spiritus quiescebat, indignè sc̄rētum cōmūlēam quod essent cimicatae prohibiti: & Zelotarū nires esse firmas crediderāt, erubescētiū, postquam nihil eos sibi auxiliari posse uiderēt, ut iam uenisse pœnitēret. Pudor autē nullare penitus gestare redēundi, pœnitēdinē superabat. Itaq; ibidē prope murum remēre tabernaculū positis, manendum esse statuerē. Infinita uero hyems nocte illa uenit, uentiq; violēti cum imbribus orti sunt, & crebra fulgura, horrēdaq; tonitrua, cōcussaq; terra uastiti mugitus: ceterumq; erat apud omnes, hominum exitio mundi statū esse turbatiū, neq; paruum quid rerū hac signa portendere. Vna uero Idumeis & oppidanis erat opinio: illis quidem irasci Deum multa causa existimantibus, neq; se posse euadere, si aduersus metropolim arma monissent: Atano autē eiusq; socijs, etiam sine prælio uicisse. Denqm; profē bellū administrare credētibus. Sed profecto falso eratē interpretes furorum, & qua sui passuri essent, cōtra hostes fore diminabāt. Verū Idumei quidē catematim densatis corporibus inuicē se se fovebāt, scutisq; contextis proecti capita, minus plunia ladebantur: Zelota autē magis illorū quam suo periculo cruciabantur: collectiq; deliberabāt, si quam reperire subsidij machinā illis possent. Horum autem ardētioribus uidebantur, ut armorū custodes inuad

inuadere: atq; in ciuitatem imperio facto palam
 portas auxiliatoribus aperire. nam & custodes
 ex impronto, & quod plures inermes ac bellis
 experses essent, facile turbatū iri, & multitudi-
 nem ciuitati difficulter colligi posse: quoniam do-
 mini quisq; propter hyemem coniungeretur. Quin
 et si periculū aliquod interuenerit, qdvis subire
 satis, quam negligere tot copias sui causa tur-
 piter perituras. At qui prudenciores erant, vim
 adhiberi dissuadebant: nō enim sui tācum causa
 custodes ampliari, sed etiam ciuitatis murum
 uidebāe propter Idumeos diligentius custodiri:
 & ubiq; adesse Ananū, omnibusq; horis inni-
 scere custodias existimabant. Sed hoc alijs nocti-
 bus ita habuerat: illa uero non sua desidia re-
 quiuerat, sed ut & ipse & custodum manus
 fato duce inceriret. Namq; iam nocte prouecta,
 & gliscente hyeme, custodes in porticu dispositi
 eos opprimit somnus. At Zelotis consiliū subit,
 ut ferris tēplo sacratis portarū uectes secarent:
 affuit autē illis, ne exaudirentur crepitus, uento-
 rum sonus, & crebra sonitura: fanoq; egressi
 ad murū clanculo uenient, scratamq; portā, que
 uersus Idumeos erat, aperiunt. Illi autē primus
 Ananum conari aliquid suspicari, unusquisq;
 dextram ad gladium, quasi repugnaturi appli-
 cane maturè: deinde his qui ad se uenerāe agni-
 tis, introibant. Qui quidem, si tunc manus uer-
 tere in ciuitatem uoluissent, nihil obstat quo
 minus

mānus totus populus interiret, tāda ira ferebantur: uerū Zelotas primō eximere custodias feflinabant: illis quoq; muleū precariibus, qui eos receperāt ne despicerent malis obsessos, quorum gratia uenerāt, neq; his acerbius periculum importarent: capris enim custodibus, faciliorē illis in ciuitatē impetum fore: sed si semel eos conciassent, iam illos cōtineri nō posse, quin si sensine cōgregenent, & per ascēsus nitēsib[us] se opponāt. Idem igit[ur] Idumeis uisum est: iamq; in templum per ciuitatē subibāt, cūm suspensi Zelotes adueniū eorū prastolarētur. Deniq; his ingressis, etiā ipsi cōfiderer ex interiori fano progressi sunt, mixtiq; Idumeis in custodes irrueunt. Casis autē nonnullis, quos somnis oppresserat, omnis maleitudo ad clamorē uigilantium suscitata est, rapētisq; armis ad repugnandū non sine stupore properabant. Ac primum quidem Zelotas solos conari aliquid suspicantes, quasi eos superatūri numero confidebat: ubi uero foris alios circunfundī uideret, Idumeos irrupisse sensere. Et maior quidem pars eorū, armis paruer animisq; depositis in questibus erant: pauci uero iunē forent cōmuniti, occurrento Idumeis, aliquādiu segniorem multitudinē protegebant: atq; cladem ciuitatis habitatoribus nunciabant. Ilorū autem auxilio uenire nullus audebat, cognito Idumeos irrupisse: sed ipsi quoq; irrita nociferantes, cum fletibus respondebant: plurimisq;

misq; mulierum ululatus suscitabatur, si quan-
 do custodum quisquam in periculum aliquod in-
 cidisset. Quin & Zelota Idumeorum clamorens
 geminabant, magisq; horribiles tempestas fa-
 siebat omnium uoces. Nemini autem Idumai pe-
 percere, quod natura crudelissima ad cades erat,
 & hyeme grauerit afficiebatur, prope reaque his
 qui se excluserant ut inimicis uebatur, tam sup-
 plicantibus quam repugnantibus infensi. Mul-
 tots enim cognitione referentes, neq; comune fa-
 num reverenter orantes, gladiis transfigebant.
 Nullus autem fugiendi locus, neq; spes salutis
 erat. Conspulsi autem circa se, magis quam ut op-
 pressi laniabantur, cum recedendi spatiu[m] non
 daretur, nec imperfectores a cadibus temperarent.
 Incerti autem quid agerent, in ciuitatem se preci-
 piebant : miseris (ut mihi videatur) eo quod fu-
 giebant crudelius subeuntes exsuum, donec tem-
 plum exterior sanguine redundantis. Octo au-
 tem milia & quingeneos mortuos dies inuenit.
 Nec tamen his Idumeorum ira satiata est : sed
 serfis in ciuitatem manibus, omnes domos di-
 ripiebant : quemque fortuito inuenissent, morti
 dabant. Et catena quidem muleitudinis cadens
 superuacuam esse ducebant, pontifices autem
 pernastigabant, & in illos plerique screbantur,
 statimque comprehensos obrivuncabant : stantesque
 super eorum cadavera, nunc Anano po-
 puli benevolenciam, nunc Iesu qua de muro
 dixer

dixerat, exprobrabam. Ad hoc autem impietatis progressi sunt, ne etiam in sepulcros eos abiecerint: cionem presertim Iudeis tanta sepulta cura cura fuit, ne etiam indicio crucis suffixos, ad occasum solis deponant, atque sepeliant. Et quidem non errauerimus, si Anani morte dixero excidi civitatis fuisse principium, et ex illo die muros eversos, remque publica Iudeorum perisse, quo ponefice rectoremque salutis sua iugulatum in media civitate uiderunt. Erat autem et alias uir laudabilis atque instans, et preter nobilitatis ac dignitatis et honoris, quo erat pruditus, amplitudinem, insunus amabat equari. Libertatis autem maxime sutor erat: et is quod populi affectaret imperium. Comodius autem propriis communis semper uilitates ameponebat, super omnia paci studes. Sciebat enim Romanos non posse expugnari: ac pressiciebat, si pacisci militum nequissent Iudei, omnino eos perirent: ut autem brenner dicam, cum Anano uino ad transactionem uenissent. Mirus enim erat dicere, mirus populo persuadere que uellet. Iam uero impedientes bellantesque subegerat. Plurimum autem more sub tali duce attulissent Romanis. Hunc innactus erat Iesus, illo quidem comparatione inferior, sed prastans ceteris: ut puer Deum, qui tanquam uiolaciam civitatem perire flammis, purgarique sancta uellet, consilio defensores eorum, et qui ea charissima ducerent, amputasse. Itaque paulo ante sacris indumentis amictos, et rotolo orbe

orbe celeberrima religionis autores, quiq; undique in ciuitatem commenatisbus uenerabiles habebantur, jacere nudos pradam canibus ac feris uideres. Quosquidem viros ipsam puto gemuise. uiuentem, tancum licuisse uitij flentem.

F L. I O S E P H I D E
B E L L O I V D A I C O
L I B R V.

De altera strage, & reditu Idumaeorum, Zelotarumq; crudelitate.

C A P. I.



N A N O quidem & Iesu eiusmodi finisuenit. Post illos uero iam Zelotae quam Idumei passim plebem, quasi nefandorum animalium gregem, irruendo matabantur. Et uulgas quidem in quolibet loco deprehensum necabatur: correptos autem nobiles & adolescentes, uictos in carcere concludebant, spe, nonnullos eorum sibi posse sociari nece dilata. Verum huc nullum movebant, sed cuncti mortem praepotauerant, dummodo ne aduersus patriam communem nequissem cospirarent: scuisima tamen ante eadem uerbera sustinebant, exulceratis plagiis atq; tormentis: cumq; iam corpus non sufficeret cruciatibus, tandem gladii merebantur: quos autem die cepissent, eos in custodia nocte ducebant: exuractosq; inde, si quos mori contigisset abycti-
b b bane,

bant, ut nūc nō alijs locus esset. Tantus autē populi periculorū occupauerat atq; formido, ut ne flere quidē palim quisquam, sine sepelire propriū funus audiret, sed erant occulta clausorū etiam lacryma, et ne quis inimicorū audiret, circūspectantes gemebant. paria nāq; his qui lugebantur, etiā qui luxissent illico patiebantur: exiguā uero nocte sublatā terram manibus, corporibus injiciebāt, & nōnūquam die, si quis fuisset audacior. Undecim autē milia hoc modo nobilium perire. Illi autem iam cades exosi, nallo pudore iudicij uim & cognitionis cauillādo imitabantur. Itaq; cum illustriū quendā Zachariam Baruch filiū interficere decreuissent (irritabantur enim quod nequissimis inimicus nimis erat, & probis amicus, itēq; locuples) neq; solum fortunariū eius direptionē sperarēti, sed etiā remorum iri uirum ad se decūciendos potentiē, sepiuaginta plebeiorū honestissimos ex praecepto conuocane, iudicū specie potestate caretes, et apud eos Zachariam, quasi res proderet Romanis, accusant: quodq; ad Vespasianū proditionis causa missif-
set. Sed neq; argumentū, neq; ulla probatio criminis erat. ipsi autē nūfisse dixerūt, & hoc haberi pro fide ueritatis uolebāt. Zacharias autē ubi nullā spē salutis sibi relictā esse uidit, per insidias nō in iudiciū sed in carcerem ductus, uita sue desperationē librateat nō priuauit: sed ex-
orsus

orsus uerū quidē similitudinē obiectorū derisū,
 & illata sibi crimina breuiter diluit: in accusa-
 tores autē oratione cōuersa, omnes eorū iniqui-
 tates per ordinē prosecutus est, multaq; de per-
 turbatione rerū querebatur. Zelotæ uero obſtre-
 pētes, uix à gladijs tēperabā, speciem, cauillatio-
 nemq; iudicij sui usq; ad finē permanere cupie-
 res, & prater hoc iudices experiri, an periculo-
 so tēpore iustitia memores forent. Igitur omnes
 septuaginta pro eo sententiā ferū, & pro eo mo-
 ri, quā sibi ascribi eius interitū maluere. Illo ue-
 ro absoluto Zelotarū clamor tollitur, & uni-
 uersi quidē iudicibus irascebātur, qui simulatio-
 nē date sibi potestatis nō intellexerāt. Duo ue-
 ro ex audacissimis aggressi Zachariā, in medio
 tēplo interficiunt: & illudendo, Habes, inquiunt,
 & à nobis de absolutione sententiā certiorem:
 cumq; statim in subiectā uallem de tēplo proi-
 ciunt. Indices uero, cōiuncta causa uersis gla-
 dijs feriētes, tēpli ambitu pepulere: cadi enim eo
 rum pepercérant, ut disiccti per ciuitatē, nunciū
 fierēt apud omnes seruūtis. Idum eos autē iam
 uenisse ponebāt, neq; his gesta placebāt. Qui-
 bus collectis, Zelotarū quidā secreto indicabat
 uniuersa: & quecunq; hi qui eos aduocauerāt
 sceleratē fecisset, omnia dimostrabāt: arma qui-
 dē cepisse eos, quasi Romanis à pontificibus me-
 tropolis proderetur. reperiisse autē nullū prodi-
 gionis iudicij. Illos uero qui tutari eam simu-

larens, ex bellis facinora ausos ex tyrannidis, ab
 initio quidē prohibēdos fuisse. Verūm quia se-
 mel in societatem intestinā cādis incidissent, fi-
 nem delictis adhibendū, neq; uires hominibus
 suggerenda morem patrum destruentibus. Nā
 eis portas graniter ferrent sibi atq; in oppidum
 adiūtū esse preclusum, pœnas ab his qui prohi-
 buerāt esse repetitas: ex Ananū quidē perem-
 prium: una uero nocte populum eorum penè cō-
 sumpū. Quarum rerum multos quidem suorū
 pœnitere sentire: eorū autem uiderent, à qui-
 bus rogati essent, crudelitatem immēsam: ne ipsos
 quidem per quos salvi erant erubescētiū: in oculis
 enim auxiliatorū pessima facinora cōmitte-
 re, illorumq; injurias Idumais imputari, qua-
 tenus ea nō prohibeant, neq; ab his separentur.
 Debere igitur (quoniā de prodītione quæ dicta
 sunt, calumniā fuisse patuisset, nullusq; Roma-
 norū impetua timeretur, aduersus ciuitatē uero
 inexpugnabilis esset potētia corroborata) illos
 domum recedere, malorumq; societate uiando
 cuncta diluere flagitia, quorū nō spone, sed de-
 cepti participes extitissent. Persuasum est Idu-
 mai. Et primū eos qui erāt in custodijs soluū
 pp̄e ad duo milia populariū, statimq; relictā ci-
 uitate ad Simonē ueniunt, de qua paulo post cō-
 memorabimur: deinde domum ex Hicrosolymis
 abiere. Euenit autem eorum discessum uerisq;
 pariter inopinatū uideri: nā ex populo nescius
 poem

pœnitudinis, paululū fiducia recreatus est, uelut
si inimicis levatus: Et Zelotarū crevit insolentia,
quasi nō auxilijs carnissere, sed ipsi effens libera-
rati, quorū pudore ac reverentia criminibus
temperabant. Deniq; nulla iam erat facinorum
mora neq; cunctatio: sed festinatis quidē consi-
līs in rebus singulis uebātur: qua uero placu-
sent, ipsa cogitatione citius peragebāt. Maximè
anteem in uiros forces atq; insignes cedibus fa-
uiebant: cū innidia nobilitatē absumeret metu
uirium: unamq; cautionē putaret, nullū opti-
matū superesse, Itaq; occisus est cum multis alijs
Gorion, dignitate simul et genere prestans. Et
plus posse populum gaudens, plenusq; spiritu, li-
bertatis amator ut nullus alius Iudeorum, quē
tamē liberas præter alias uirtutes perdidit. Sed
ne Peraita quidem Niger eorum manus effu-
gi, bellis cum Romanis gestis uir strenuus com-
probatus: qui etiam sape uociferans, et cicari-
ces ostendens, per medium timitatē trahebatur.
Duellus uero extra portas, desperata iam salute
ne sepulchra careret supplicabat. Illi autē prius
incertinasti, quod humū ei quā desiderabat cō-
cessuri non essent, mox etiā moriē inculero. Qui
samen cū occiderebant, Romanos eis ultores im-
precavus est: sāmemq; præter bellum ac pestilen-
tiā, et ad hac omnia ipsorū mūnas manus: eaq;
uniuersa confirmavit apud impios Deus. Et
quod inflissimum esse effecit, ne audaciā suā

quam primum experientur inter se dissidentes. Niger quidem occisus, quem habebant de oppressione sui incū eos lenauit. Pars autē plebis nulla erat, cui non ad interitū excogiebatur occiso. Namq; alijs quod iamdudum alijs cimibus restitissent interficiebantur: qui uero nihil offererant, subitas pacis iepore causas excipiebant. Et qui omnino libere eos non adiisse, pro contemptoribus: qui uero obsequentes, pro insidioribus habebantur: unaq; maximorū criminum & mediocriū pæna, mors erat: neq; enasit quisquam, nisi ante ignobilitate aut fortuna phumilie. De intestina discordia Hierosolymorum. CAP. II.

Romanī autē omnes ad ciuitatem animos intendebant, hostiū dissensionē lucrū sibi esse censentes: & Vespasianū, penes quem summa rei potestis erat, incitabant, diuina promidentia dicentes auxilio in semet hostes esse conuersos: ueruntamen uelox esse momentum, & Iudeos cito in concordiam redieuros, aut intestinis malis defessos, aut redactos in poenitūdinem. Ad quos Vespasianus ait: Plurimum eos quid fieri conueniat ignorare, tanquam in theatro capientes quancū armis ac manibus possene ostendare potius cum periculo, quam secundum quid esset uile repneare. Nam si statim ciuitatem aggredierentur, ipsos causam hostibus fore concordie, ac uires eorum etiam nunc uigentes in se pronocatueros. Sin operirentur, panceribus ac moder

moderatioribus his usuros domes̄t̄ica se ditione
cōsumptis. Deū nāq; melius quām ipsos disponere,
qui sine labore Indeos Romanis tradiceret,
nulloq; periculo exercitui uictoriā condonaret.
Proinde manibus proprijs intercuntibus inimici,
maximoq; malo, hoc est seditione turbatis, de-
bere se potius periculorū spectatores esse, quā cū
hominibus mortē appetētibus atq; intestinara-
bie insanientibus cōfigere. Si quis autē pueranc-
rie uictoria gloriā sine pralio fieri uiliorē, sciat,
inquit, armorū incerto exitu cōmodius esse com-
modē perficere quod intendit. Neq; enim manus
præclaris esse minus laudabiles, qui paria gesse
rīne moderatione atq; prudētia. Simil autē dū
hostes immūnerēt̄ur, etiā milites ex laboribus
affiduis recreatos ualētiores ductū iri. Prater-
ea nō id esse tēp̄us, ne maturē occupanda uidea-
tur uictoria claritudō: nec enim armis fabrican-
dis aut muris, uel auxilijs congregandis Indeos
operam dare, atq; ideo moras differentibus noc-
suras: sed bello domes̄t̄ico ac dissensione sumi-
dos, miserabiliora pati quotidie, quām ipsi eos
capti afficerent intromissi. Proinde siue quis se-
curitatē consideret, sinendos esse qui semet ab-
sumerent: siue facti gloriā clariorē, ne quaquam
manus intestino morbo laborantibus afferēdas:
sq; uiderem ratione recta diceretur, non ipsorum,
sed discordia fuisse uictoriā. Hac Vespasiā-
nus, eiq; dicentes rectores militum consentiēbas:

moxq; apparet quām utile fuisset eius consiliū.
 Nāq; in dies singulos multi ad eum cōfuebātē
 fugiēdo Zelotas. Erat autē fuga difficultis, quod
 omnes exitus custodibus obsidebātur. Et si quis
 ibi qualibet ex causa deprehensus fuisset, uelut
 ad Romanos ire cuperet, interficiebatur: qui ra-
 men eis dedisset pecuniam, saluus abibat: et quā
 non dabat, solus proditor habebatur. Restabat
 igitur, pecuniosis fugam redimētibus, solos pa-
 peres singulari. Mortui uero per omnes vias co-
 aceruabantur innumerī, muleiq; eiā transfuge-
 re cupientium, rursus in ciuitate perire praopta-
 bant: nam spē sepulchra in patria mori eoderabi-
 lius uidebatur. Illi autē ad hoc crudelitatis de-
 uianerant, ut neq; intus neq; per itinera occisis
 humū cōcederet: sed ueluti cum patrīs legibus
 etiā natura iura disturbare pepigissent, suaq; in
 homines iustitia diuinitatē quoq; polluere, ita
 sub sole putrescere mortuos relinquebāt. Sepe-
 tientibus autē suorū corpora, idē quod transfu-
 gis, imminebat suppliciū mortis: statimq; sepul-
 chra indigebat, qui hanc alteri præstitteret: et ne
 breuiter dicā, nulla tā bona, quā misericordia
 perierat in illis cladibus mentis affectio: hisq;
 irritabantur noxy, que misera dā nidiſſent, à ni-
 uis in mortuos, à mortuis in uinos iracundiam
 transferentes. Modū autē excedēte meen, superflē
 eib⁹ mortui adepi requiē beatiores uidebātur:
 Et qui erat in custodīs cōparatione sui crucia-
 tis,

tus, in sepulcros quoq; fore unatissimos demostri-
bant. Omnes quidē ab illis ius hominū calcaba-
tur, ridebant etiā divinitas, prophetarumq; re-
spōsis tanquā vulgaribus fabulis illudebāt. Cūm
uero multa cōtempſſent de uirtute ac uitijs ſiq;
et ea maiorum, etiam qua de patria olim predi-
cta fuerant, uera effe exiē probauere. Utne
enim quidam sermo ferrebasur, eunc demum ci-
niciarem caputem iri. sancta quoque flammis exta-
renda effe lege belli, cūm feditio fuisset exorta,
fanumq; Dei propria manus ante uiolassente.
Quibus Zelote, nihil de corum fide dubitan-
tes, mēniſtros ſe prabuerunt.

De Gadarenium deditione & strage. C A P. III.

AT Iohannes iamdudū tyrannidē affectionis,
parem cum ſimilibus honorē habere dede-
cūs existimabat: paulatimq; ſibi nequiores ad-
iungēs, ab eorum affectione separabatur. Sem-
per autē aliorū decretus nō obediendo, ſuaq; in-
bendo imperiosius, quod solus dominari cuperez
non laiebat, eiq; sociabantur nonnulli metu, aliq;
gratia, (mirus enim erat oratione arq; fallacia
persuadere que uelle) multi uero propriea
quod ſibi cuiū effe ducebant, priorum delictorū
cauſas uni potius aſcribi quam omnibus. Ad
huc quia manuſtrenuus erat, & bonus conſi-
lio, ſatellites non paucos habebat, etiā magna
pars euan contraria faſtionis reliquerat: apud
quos etiam huior non nihil malebat, granc p-

santes ut paulo ante pari succumberent. Plus autem meritis eos, ne sub unius potestate unixerentur, exagitabat: nec enim facile sperabat eum, si semel obtinuisse, diuici posse: occasioneque in se habiturum timebat, quod in principio restitisse. Proinde quisque bello potius quiduis pati decreverat, quam sponte seriens mancipij loco perire. Hinc igitur seditio dimiditur, & Ioannes in concordaria dissidentibus parte regnabat. Sed inter ipsos quidem munita omnia erant custodibus: nihilque aut parum agebatur, si quando armis praelium lacefscbant: in populum uero uel maxime convectionem suscepimus, & quis maiorem predam caperet, uerinq; certabant. Cum tamen ciuias trium malorum ingenti tempestate laborarent, hoc est belli, dominationis, itemque seditionis, eorum comparatione bellum popularibus metuocrius videbatur: denique relictis sedibus patriis ad alienigenas profugiebant, & Romanorum beneficio salutem, quam inter suos desperauerant, assequebantur. Quarum uero praeterea malum commotum est genitus exercito. Hand procul ab Hierosolymis castellum erat ualidissimum, reponendis opibus ad munimenta belli, et uerdisque corporibus ab antiquis regibus edificatum, quod Massada dicebatur: id occupauerant qui vocantur sicarii, quod à rapinis amplioribus timore continebantur. Hi cum Romanorum exercitu osiosum esse uiderentur,

rene, apud Hierosolymā uero Iudeos domina-
tione atq; discordia secessisse, maiora facinora
aggrederuntur. Die festo az ymorum (qui apud
Hebraeos ad memoriam salueis, qua ex Aegy-
ptiorum servitio liberati, in terrā patriā dene-
nerunt, solēniter celebratur) nocte deceperis quē
sibi erant oppositi, municipiū quoddā Engaddi
innascre: ubi pugna quidē Iudeos amic praeuen-
tos atq; dispersos, quā arma caperet sine concur-
terent, ciuitate pepulere: eos uero qui in fuga
defecerunt, mulieres uidelicet ac pueros, supra
septuaginta interfecerunt: edibusq; deinde cō-
pilatis, fructus quoq; iam maturos depopulati
in Massada portauerunt: & illi quidē omnes
circū castellū nicos, totamq; regionē populaban-
tur, nō parvo undiq; perditoru ad eos numero
in dies singulos confinente: simul autē cōciatis
sunt etiā per singulos Iudea tractus in latrocī-
nia, qui interim quiescebat. Ac ueluti in cor-
pore, si quādo principale membrū tumor affi-
oit, omnia pariter agrotare necesse est: ita pro-
pter ciuitatis tumultū atq; discordiā, etiā qui fo-
ris erant nequissimi prædarū inuenere licentia.
Singuli uero nicos proprijs dilaceratis, deinde
in solitudinē recedebat. Cōgregati autē & ca-
seruacim coniurantes, exercitu quidem pancer-
res, plures uero quā latrocinialis conspiratio, in
templa & oppida cerebantur. Et sequebatur
quidē, ne in bello fieri solet, ab his eos male affi-
ci quos

ei quos petiūssent : uerū praueniebatur uileio,
 cùm mox latrones à preda refugerent : nullaq;
 pars erat Iudea, qua non una cum Hierosoly-
 mi praeclenteissima ciuitate interiret. Hac Ve-
 spasiano à transfugis indicabantur : nam licet
 omnes exitus à seditionis custodirentur, & cùm
 quis ad eos accessisset interficeretur: tamen erāt
 qui ad Romanos clām profugeret, ducemq; Ro-
 manorum & opem ferre ciuitati, & reseruari
 populi reliquias horaretur. Muleos enim, quòd
 bene Romanis uellent, periūsse: muleos adhuc in
 periculo dicebant esse superstites. Ille autē iam
 tuum miserans eoruū calamitates, propius ad eos
 uelue Hierosolymā obseffurus accedit, re autem
 uera uia ciuitatē obsidione liberaret : spe autem
 ante reliqua subigendi, nullumq; impedimentū
 extrinsecus obsidioni relinquenti. Cūm igitur
 uenisset in Gadara, transiannana regionis me-
 tropolim ualidissimā, mensis Martij quarta die
 ciuitatē ingreditur. iam enim optimates, igno-
 rantiibus seditionis, legatos ad eum de traditio-
 ne misserant, tam pacis desiderio, quā suis parri-
 monijs metuentes: mules enim apud Gadara lo-
 complete habitanſe, quorū legationem inimici
 nesciebant, niſi quòd Vespasiano appropinquau-
 se id cognoverat. Et ciuitatē quidē ſe retinere
 posſe desperabant, quòd & intestini inimicis
 numero inferiores erant, neq; procul abesse nō
 debant à ciuitate Romanos : ſi uero fugere de-
 creuiffent

ereraissent, sine sanguine id facere, nullaq; à no-
 xüs poma reperta, non honestū sibi pretabane.
 Itaq; Dolesum cōprehensum (nanq; is nō di-
 gnitate solum, ac nobilitate ciuitatis princeps
 habebatur, sed etiā legationis auctor erat) iner-
 ficiunt, nimiaq; iracundia mortuo acerbato,
 extra ciuitatem dilapsi sunt. Iam uero propius
 accedente Romano exercitu, Gadarenium po-
 pulus Vespasiano cū acclamacionibus in ciui-
 tatem recepero, fidei dextræ ab eo accepit: equi-
 tumq; Ex pedem præsidia cōtra fugitiorum
 excursus: muros enim prima quā id Romani pe-
 terent, ipsi destruxerant: ut eò sibi fides esset, ꝑ
 pacē diligens, si bellū gerere ne uolentes qui-
 dem posse uiderentur. Vespasianus autem missus
 Placida cū D. equisibus ac tribus milibus pe-
 ditum aduersus eos qui ex Gadaris fugerant,
 ipse cū caseris militū copijs Cesareā regreditur.
 De fugienti postquam equites rēpēte a tergo in-
 sequentes uidere, primus quā in manu uenirent,
 in uicum quendam, cui nomen est Beihenabro,
 se recepere: ubi reperta non paucorū iuuenium
 multitudine, hisq; parim uolētibus, partim ui-
 armatis, temerē contra Placidū eiusq; milites
 profiliunt. Ille autē primo quidem imperii pa-
 lulum recesserunt, ea simul aree, ut eos à muro
 longius pronocarente: deinde loca opportuno cir-
 cundatos, telis agenees eminus sauciabant. Itaq;
 fugientes quidem, ab equisibus praenierbātur
 Iudei,

Iudei, qui uero manus coſerniffent, à peditibus
eruicidabantur, nihil plus audacie demonstran-
tes: condensos enim aggrediendo Romanos, ar-
mis non secus ac muro ſeptos, ipſi quidem telis
aditum non inueniebant, neq; ſufficiebāe aciē
rumpere: illorum autē transfigebātur telis, &
immanifimis feris ſimiles ruebant uero in fer-
rum, & ſternebantur, alijs gladijs ora percuſſi,
alijs ab equisibus diſipati: quoniam cura erat
Placido, curſum eoruū à uico inecluſere: aſſi-
dueq; pretercorrens ea parte, cedentesq; reſle-
tens, una etiā libratis sagittarū iſtibus uieba-
tur: hisq; proximos interficiebat: metu uero lon-
ge fugientes auerebant, donec elapsi qui fortio-
res erant ad murum effugere. Eius autē cuſto-
des quid agerent nesciebant. Nec enim excludi
Gadarenſes ſuorū cauſa patiebantur, & ſi eos
recepiffent, una cum hiſ ſe perituros uidebant:
quod etiā cōtigit. illis enim cōpulſis ad murum,
penè cum hiſ Romanorū equites irrupere. Por-
tis autē antē preclusis, admoto mulite Placidus
ad uesperam uſq; acerrimè oppugnato muro pa-
riter ac uico poſitus eſt: ibiq; enī uulgas quidē
in eis occidebantur, fortiores uero fugā petebant:
domus uero à muliibus diripiēbātur. & uicus
igni iradiatus eſt. Qui uero inde eraſerāt, totam
ſecum illam regionem ad fugā incitarunt: &
extollendo proprias calamitates in maius, zo-
cumq; Romanorum exercitū aduertare dicēdo,

metu omnes undiq; cōmouerunt : plurimo autē
numero aucti, in Hierichunta secesserunt : hac
enim etiam tūc eorū spem salutis fonebat, quod
esset valida & populoſa. Placidus uero equiti-
bus, rebusq; ante prosperè gestis freuis eos inſe-
gnebat: & usq; ad Iordanem quidem ſemper
quos occupabat, morti dabat. Omnem uero ad
fumen coactā multitudinem, fluminis impetu
prohibitam, qd auctū imbribus uadum transire
non poterant, apereo pralio aggreditur. Itaq;
neceſſitas eos ad pugnā compulit, qd fuga locum
non haberent: prateniq; ad ripa longitudine,
tela equium & incurſus excipiebat: à quibus
multi perculsi, in fluuim ceciderunt: nam qui
manibus eorū caſi sunt, tredecim millia fuerunt:
alij cum uitio ſuſtinere non poſſente, in Iordanē
ſponte deſilierunt: erat autē numerus infiniteſ.
Et præterea capta ſunt circiter duo millia ni-
rorum ac ducenii, cum prada maxima ouium
& asinorū, itemq; camelorū & bovum. Iudeis
quidē hoc uulnus iſſiclu quamuis par ſupe-
rioribus, maius tamen ſcipſo uiſum eſt: nō ſolū
qd eam totam regionē quā ſugerant, cades re-
pleuerat, ſed etiam qd referti moriuit Iordanis
peruius non erat. & Asphaleites quoq; lacus
repletus erat cadaveribus, qua per multa flu-
mina dēdoluta ſunt. Placidus autem ſecunda
fortuna ūſus, in uicos proximos & municipia
concedebat. capiſq; Abila, & Iuliade, & Be-
ſimoth,

semib, omnibusq; ad lacum Asphaltiticū usq;;
idoneos ex transfigis ubiq; collocat: deinde mul-
tic scaphis imposito, eos qui in lacum refuge-
rant subegit. Et trans fluminis quidem tota re-
gio Romanis cessit: Ex ubiq; omnia usq; ad
Macherauntā denicla sunt.

De captis oppidis quibusdam, descriptioq; ciuitatis Hierichuntinæ.

CAP. IIII.

Dum hæc autē agnatur, motus circa Gal-
liam nuntiatur, & q; Vindex unā cum
optimatibus indigenarū à Nerone defecisset, de
quibus alibi diligenter scriptum est. Vespasianum
uerò ad imperium belli que nūciata sunt inci-
tarunt, iam tunc futura bella ciuilia rotiusq;
imperij pericula prospicientem: cùm si parees orien-
tantis ante pacasset, minus Italia metuendum
existimaret. Obstante autē hyeme, per subactos
interim uicos atq; oppida presidia collocabat:
& decuriones ciuitatibus apponēs, mulea etiā
corū qua uastata fuerant instaurabat. Prus ta-
men comatus militum copijs quas Cæsaream
adduxerat, in Antipatridē nenit: ibijs per bi-
duum ciuitate composita, tertia die uastando,
inflammando, omnemq; subuertendo circum
Thaannā toparchiam, in Lyddam & Iamniam
procedebat. Et cū se se utraq; tradidisset, cōsti-
guis illic habitatoribus idoneis in Ammann-
ea peruenit: occupatoq; ad metropolim earum
adiem, castra muro circundat. Quintaq; in his
relictæ

relicta legione cū cetera manu in Bethleptō to-
 parchiam proficiscitur: eaq; & vicina regione
 iuemq; circum Idumaam igne consumptis, ca-
 bella quidem locis opportunitis muninit. Captis
 autē duobus uiciis in media Idumea positis, hoc
 est Begabri & Capharophan, plus quā decem
 millia hominum peremut: propè autē ad mille
 cepit: exactaq; inde cetera multitudine, nō par-
 uam militū suorū partē ibi cōstituit, qui omnia
 montana loca incurfando uaſlabant. Ipſe autē
 cum reliquo exercitu in Iammiam redijs: unde
 per Samaritidem ac per Neapolim, quae diceba-
 tur ab indigenis Mabortha, secūdo Junij men-
 sis die in Coream descēdit: ibiq; positis caſtris,
 poſtridie in Hierichunta peruenit: in qua unus
 ei rectorū Traianus quem è locis trans Jordānē
 ducebat militē iungit, cunctis illic denictis. Sed
 ex Hierichunte quidem mulcendo ante Roma-
 morū aduentū in aduersam Hierosolymis mon-
 canam regionē diffugerae: non pauci autē qui
 remansere perimuntur. Desolatam uero offend-
 erat cimitatē, cui in planicie ſita nudus mons
 ac ſterilis imminet, idemq; longissimus: à septen-
 trionali enim regione uſq; ad Scythopolitanos
 agros: à meridiana uero uſq; ad terrā Sodomi-
 ticā & Asphaltitis lacu terminos extēditur:
 totus autē asper eſt, ex q; nihil gignat, non ha-
 bitatur. Huic obiacet circa Jordānē mōs aliis,
 licentia, tanquā spectatores hororū operū sibiq;
 utiliū residerēt mōnib⁹ clausis, remissisq; ar
 mis ac manib⁹. In nosmetipso profecto (exclu
 mat aliquis) tanquāmodo fortis sumus: Romano
 rum autē lucro ex nostra seditione sine sanguini
 ne oppidū cedet. His alias ergo: alias cōgregatēs
 exhorteabāntur: raptisq; armis, subito in legione
 decimā rūpētū: perq; uallem factū imperiū, cum
 ingens clamore murum adficiantes Romanas
 aggrediuntur. Illi autem in opere distribuit,
 armis ob eā causam pleriq; depositis (nec enim
 excusum iudeos ausuros esse credebant, ex fa
 maxime

missione uellent, animos eorum seditione distractum iri arbitrabantur) praeceps opinionem perirebati sum: atq; opere quisq; derelicto, consfessim alijs recessere: mulei autem ad arma properantes, priusquam se in hostes conseruerent, feriebantur. Plures autem Indeis semper adjiciebantur, eorum fructi uictoria qui praecesserant. Et quod cum pauci essent, muleplex numerus et sibi et hostibus videbatur, quod secunda fortuna uenerat. Romani autem maximò ordinari consueri, et cum de core atq; preceptis bellū gerere scientes, ex perturbatione trepidabant. unde tunc quoq; prauentis agressione cedebar. Si quando ramen sese conuerserent ab inseguentibus occupari, et a cursu reprimebant Indeos, et ob impetuū minus celeriter feriebant. Semper uero exurfione gliscere magis magisq; turbari, postremò castris pulsi sunt: itaque legio tunc in periculū uenientia fuisse videbatur, nisi hoc manere fibi nūriato Titus eis entis set auxiliū: mulierq; increpās ignaniam, et suos à sua renocasset: Indeiusq; à latere ipse cum his irruebat, quos circa se habebat electos, muleos quidem occidisset, plures uero stanchasset, omnes autem in supiam uenisset, atq; in uallē precipites compulisset. Vlli autem primo in loco multa mala perpetrati, postquam in aduersam partem evasere, fledunt se iterū, et nalle inserviente cum Roma nis dūmīcabant. Igitur ad mediū diem ita bellatio est. Pando autem post meridiē, Titus his qui secum

erant in subfido collocatis, alijsq; de cohortibus
 aduersis ex currentes oppositis, reliquos agmen
 ad murum in summo monte adificandum re-
 misse. Iudeis autem hac fuga esse videbatur.
 Cumq; speculator quē in muro posuerant, am-
 ētu agitato signū dedisset, frequenter multa
 cuncto tamen imperio profulge, ut eorum cursus immo-
 nissimis bestiis effer assimilat. Deniq; in aduersa
 acie flamineum nemo imperium sustinuit: sed tan-
 quam machina percussi, concinuo dissipari, pul-
 siq; in monte refugium. In ascensu autem medio
 Titus cū paucis reliqua est: mulierumq; monenti-
 bus amicis, qui pro imperatoris reverentia con-
 tempto pericula perdurauerant, ut morte appa-
 recerentur Iudeis cederet, neq; pro his in discrimen
 ueniret, quos ante ipsum saluos esse non oportea-
 vere: sed potius fortunā suam reputares, quod non
 multis officio fungeretur, uerum q̄r̄ bedili q̄r̄ or-
 bū dominus esset; nēua in tanta fuga subsisteret,
 in quo omnia miserentur: hac ne audire quidē si-
 mulans, q̄r̄ ad se accurrētibus obstat: eosq; in
 ora feriens, cūm nō omnineretur, occidebat, q̄r̄
 per decline repente incombēt, multitudinē pro-
 turbabat. Illi autē q̄r̄ uiribus eiusq; obli-
 stione perterriti, ne ruit quidē in ciuitatē fugē-
 re: sed in uirumq; latro ab eo declinantes, rursum
 fugientes insequebātur: quos tamen aggressus à
 laetere ipsorum quoq; imperio prepediebat. Dum
 bac aguntur, enī illos qui superioria castra
 munieb-

muniebant, ubi fugere inferiores videre, metus
ac turba occupas: totumq; agmen dispersatus,
suspiciantium exsursum quidem Iudeorū ferri
non posse. Tunc uero in fuga aceruit, nec enim
unquam illo manente alios fugituros fuisse: ex eis
quam Panico terrore circundatis, aliis alio fere-
bantur: donec quidam cum in media pugna uera
sari imperatorē uidissent, plurimum metuentes,
universa legioni eius periculum cum clamore
uaneauerunt. haq; pudore renocati, ex fuga
minus aliquid sibi exprobrantes, quod Cesarē deu-
scrivissent, totis utribus in Iudeas uiebantur, ex
semel impulsos urgebant per declivias. illi atque
paulatim recedentes pugnabant: cumq; Romani
plus possent, eo quod superiores erant, in uallens
omnes coacti sunt. Tunc autem contra se positis
imminebant, ex legionem quidem ad muri fabri-
cam redire inbet: ipse uero cum his quibus an-
sea resistendo hostes arcebat. Inq; fame nihil
addens absequio, neq; iniuria detrahentes,
meruon dicere oparet, ipse Cesar bis eoram le-
gionem periculo liberavit, atq; ita castra mu-
niendi copiam militibus prabuit.

De intellata pugna arystotatum etebus. C A. II. 11.

Remissio autem paulisper bellū extenso, ieo-
rum incestum sedicio susciatit. Argy-
morumq; instare die, q; est Aprilis mēsis quar-
ta decima (hoc enim se primū ēpore opinātur
dudai ab Argypijs esse liberatos.) Eleazarus

B e s . quidem

quidem cum socijs portam subaperiens, ineroire
 capiebat ex populo qui tēplum adorare cupe-
 rent. Ioannes autē die sexto ad protegendas insi-
 dicas suis est : Et suorū quosdam ignoriores, ar-
 min sub ueste laicib⁹ instructos, quorū plerique
 impuri erant, occulē in eis alios fani occupandi
 grasia submissis. Illi autem postquam invanere,
 uestimentis abieclis, subito armati appernerunt.
 Magna uero blasim turbā circa tēplum ac tu-
 mulū erat, cum alienus quidē à seditione popu-
 lis, omnibus sine discriminatione periret, Zelotes uen-
 tō fibiū solū insidias comparatas. Verū hi
 quidam recte pōterū custodia, Et alijs ex pro-
 paginacula defiliantes, prīnsquā manus consere-
 rent, in tempi clacis consurgēre. Populares au-
 tem ad aram delati, Et circum tēplum appulsi
 conculcabantur, cum lignis passim ferroq; eade-
 rentrū. Multos autem occisorū inimici priuato
 odio, quasi dīversa factionis socios interficiebāt.
 Et quicunq; antehac insidiatorē aliquem offend-
 deret, tunc agnitus quasi Zelotes ducebat ad
 mortem. Sed qui aeracie magna innocētes af-
 siccrent, inducias cōcessere nocemib⁹, profes-
 sorq; ex clacis dimiscrum : ipsi autem inierim
 templum Et omnes eius apparatus ienētes, con-
 fidenciam oppugnabāt Simonem. Sedicio quidē
 hoc mod., qua tripartita fuerat, in duas partes
 diuisa est. Tūma autem castra propius cīnserens
 transferte cupiens da Iepo, contra excusum
 quidem

quidem lectas equites ac pedes, quos facis esse arbitrabatur, posuit: alios vero exercitum insisse locum quod erat usque muros spatiuum comprehendere. Tunc igitur maceris ac sepibus dominis, quibus horios ac prædia incole premitiabant, omniq; opposita quamvis frugifera sylva excisa, repletum est quicquid erat canum et nullibus impeditum: saxonum aurum eminensissimis ferro truncatis, huiusmodem eorum illum tractum à Scopo usq; ad Herodis monasteria fecerunt, serpentiū flagrum coniuncta, quod olim Belhara vocabatur.

De ludorum deo in Romanorum milite. C. VI.
Hec deniq; diebus Inde Romanis huiusmodi insidias paraveret. Sed ius forū andatisima exira muliebres (que sic appellabant) pro pretiis eis, simulacra q; pacis eos studiosi pepulissent. Et q; tinerent imperū Romanorū, ibidem uersabātur, et alee sub alero mitabundi lascibane. Alij vero per muros dispositi, populumq; se esse simulantes, clamore pacem implorabant, seduici; poscebant: portasq; se pacifacitos esse, pallicentes, inviabens Romanos. Hoc ansa nosserentes, una cīam copra syngelues portav; eos abigerent, luperides iactabant: illiq; se nō pertinere adiuta nolle simulabant. Et cīmibus supplicare: cumq; ad Romanos sapientiē ire coparentur, reuersi perurbatis familes videbantur. Vtrum hac eorum callidus, quod milites quidem

quidē fide non carebat, sed tanq; hos quidem pā
manibus haberēt paratos ad suppliciū, illos nērō
cinitatē sibi aperturos sperarēt, opus aggredi fē.
stinabant. Tito autē suspecta erat iñvitatio, quidē
rationē non haberet: pridiē namq; prouocauit
eos ad paliōne per Josephū, nihil mediocre senti-
ere cognouerat, etiam tūc igitur milites manēre
loco suo praecepit. Iam uero quidā operibus ap-
positi, raptis armis ad portas excurrere cōpe-
rant. Hi autē qui expulsi uidebātur, primo qā-
dem cedebant: deinde ubi ad iurres portas pro-
pinquabant, cursu eos circumueniunt, ex dēcen-
go persequebātur: qui uero in muro stabant, la-
pidum his multitudinē omnigenumq; retulerū suū
mul infundunt: adeo ut multos quidē decarent,
plurimos uero sauciarent: nec enim facile erat à
muro diffugere, alijs retro uiolenter instansibus:
Ex prater hoc pudor quod rectores peccauerāt,
itemq; metus, in delicto perseverare suadebat.

Quamobrem cum hoste diu decernētes, multis
uulneribus acceptis, neq; paucioribus redditis,
postremo eos à quibus circumueniēti fuerant repu-
lere: quos tamē recedētes usq; ad Helene monu-
mentum, Iudei urgendo iaculis sequebātur: de-
inde insolenter fortuna maledicētes, ex Romai-
nos uituperabant fraude pelleclōs: sciaq; alio
sublata crispantes tripudiabant, ex cum laetitia
stociferabantur. Milites autē interminatid pri-
cipiū, ex Casar irano, huiusmodi oratione corrī-

puit: Iudai quidem, quos sola regis desperatio
 omnia cū deliberatione faciunt atq; prudenter,
 fraudes ex insidias cōponendn. corūq; dolos for-
 tunae prosequuntur, q; sunt morigeri, sibiq; invicē
 benemolii ac fideles: Romani uero, quibus ob disci-
 plinā ex consueendis obediēndi rectoribus for-
 tunae famulas ur, nunc cōrrā peccant, ex intēpe-
 rātia manū debellantur: quod omniū est pes-
 sum, præsente Cesare, sine rectore dimicantes.
 Cetero, inquit, plurimū ingemiscere militia leges,
 plurimū patet, cū hoc nudus audierit. Ille q;
 cūm bellendo senectus, nunquam isto modo pec-
 carit: leges autē, si tūm in eos qui manū quid
 præcepit ordinem monerit, morte uidecent, nunc
 tōiū desideratē exercitū uideant. Modo autē sci-
 turus esse eos aī, qui arroganter egere, q; apud
 Romanos etiam uincere sine præcepto ducis, in-
 famia est. Hac Titus ad rectores locutus cū ini-
 digatione, certus erat, qua lege in omnes eras
 uisurus. Et hi quidem abiēcerunt animos, quasi
 iamiamq; iuste morientis circumfusa uero logi-
 ques Tūm pro cōmilitonibus obsecrabāt: pa-
 gorumq; uameritatem condonari cunctos ob-
 dieperat præcabante: remenduros enim pecc-
 tum, præsens, fructu cōpensatione uirutus. Plus
 uerius est Cesare uilitate simul ac præcibus: nāq;
 uenit hominis animaduersionē usq; ad factum
 promouēdum putabat, multitudinis uero ad uen-
 iām. Multib; quidē resōculatus est, mulsum
 monens

mancis ut post hac prudentius agerent: ipse vero, quemadmodum Iudaorum nescire cur insidias cogitabat. Internallo autem, quod usq; ad tempus ciuitatis erat, per quartiduum coquato, sarcinas alijs m̄q; multitudinē cupiens retro traducere, milisū validissimos à se præteriorali tribu in occiduum septempli ordine contra murum prætendit, pedib; in fronte, ac post eos equitibus acie scena dispositis, medijsq; inter seruosq; sagittarijs. Ex turribus autē Iudaorum causa præsidio præclusis, impedimenta tritum legionū, itemq; alia multitudine sunt timore trāsyt. Ipse quidē Titus cum prop̄ duob; statib; abesse a muro, ad angulis rīo partem conata terrim que appellantur Psephinos, castra ponit: ad quam muri ambitus ex aquilone perinens, sicut dicitur ad occidentem: alebra vero pars exercitus eam invictim versus, que appellatur Hippicos, muro circumdatur, dum statiorū spacio similius à ciuitate discedens: decima tamen legio in Elaen monie, ubi erat, manebat.

Descriptio Hierosolymorū. CAP. V.
Ciuitas autē rīno mero circundata erat, nisi quā wallib; in rīo eingebatur: ex ea namq; parte, unius muri habebat ambitionem: ipsa quidē super duos colles erat condita, contrarijs frōnibus semet inspiciente, interveniente valle discretos, in quam domus creberrime desuebant: collum uero alter, quo superior ciuitas sedet

sedes, multò est excelsior. Et in prolixitate direc-
 tior: adeo ut quoniam tamen erat, castellum à
 David quondam rege nō carevnt (ut patet Salo-
 monis fuerat, qui primus tēplum adificaverat)
 à nobis autē forum superius. Quer amem, quā
 appellatur Acra, inferiorē sublinea cīuitatē. Et
 undiq; declinū est. Contra hunc autē certius col-
 lis erat, natura humilior quam Acra, et alia
 lata vallē autē diuisus. Verum posita, qua tēpe-
 brare Asamonici regnabant, et vallē aggeribus
 replētū, ut tēplo coniungerēt cīuitatem. Et
 Acra aliudimē cēsam humiliorē fecerunt, ut
 ex ea quoq; fanū superētū cernereantur. Vallē
 autē que Tyropœon appellatur, quis diximus su-
 perioris cīuitatis collē dirimi ab inferiori, usq;
 ad Siloam pertinet: ita enim fontē, qui dulci est
 ac plurimus, uocabamus. Foris autem cīuitatis
 duo colles profundis vallibus cingebantur. Et
 ariq; obstantibus rupibus, nulla ex parte adire
 poserat. Trium uero mūtorū uerū sibi
 quidem, proper uelles, impinguemq; his desuper
 collēm quo erat cōditus, facile capi non poterat
 ad hoc autē quod loco præstabat, etiā firmissimā
 struc̄tus erat. David et Salomonis, aliquandoq;
 iuxta regum longissima impōsū operi insu-
 perū. Hac autē parte incipiens a uiri, cui nomen
 est Hippico, et ad eam que dicitur Xystua per-
 sinens: deinde curia copiūtus, in occiduam
 ampli porticū deuagat: pateauit altera

ad de

ad dico idem ex eo loco ductus, per eam qui vocatur Beiso descendens in Esseneum portam: deinde supra fontem Siloam in meridiem flexus, atque inde versus in orientem versus, qua stagnus Salomonis est. Et usque ad locum peritentis, quem Ophla vocant, cum orientali portico templi coniungitur. Secundus autem murus, a porta quidem habebat iniciam, quam Genach appellabat: hec autem fuerat muri prioris: septentrionalem uero canthum modo tractu ambiens, usque ad Antoniam ascenderet. Tertio mura turris Hippicos principium uibat: unde ad Boream tractu peritentis, deinde ad Psephinam turrim veniens, contra munimentum Helena, que Adiabenorum regina fuerat, Izata regis mater. Et per speluncas regias in longum ductus, a turri quidem in angulo posita flectebatur contra Fallonis, quod dicitur, monumentum: cum uerere autem ambitu iunctus in Cedron ualentem, que sic dicitur, definebat. Hoc muro ea partem ciuitatis, quam ipse addiderat Agrippa cingerat, cum efformans autem nuda et uerba enim multitudine, pavulatim extra moenia serpentebat: et plures septentrionali regione colli proxima ciuitati adiuncta non pavulatu processerat. Quin et quatinus collis incolitus, cui nomine est Bezerha: fons quidem ex aduerso Antonia, fossis autem altissimis separatus: que de industria ducta sunt, ne Antonia fundamens collis coheretibus, et accessori fucilio suis mortuis edicta: unde ejus fossa

alteitudo plurimū curribꝝ celsitudinis adiyciebat.
 Nominata est autem pars addita ciuitati nocte
 indigena Bezetha, quod Latino sermone dici-
 tur noua ciuitas. Eius autē partes incolis pro-
 segi desiderantibus, patet huius regis eodem no-
 mene Agrippa, murū quidē ita ut prædictimus
 inchoarat: ueritus autē Claudiū Caesarē, ne ma-
 gnificentiā cōstructionis ad nouarū rerū ac di-
 scordia suspicionē traheret, fundamētis tantū-
 modo iactis, ab opere deſtitit. Nec enim expu-
 gnabilis effet ciuitas, si perfecisset muros ut coe-
 perat. Saxa enim x x. cubitis longa, & decem
 latas cōtexebantur: que neq; ferro facile suffodi
 possent, neq; machinis dimoueri: hisq; murus di-
 latabatur: profecto autē altitudinis quoq; plus
 habuisset, si eius magnificencia qui adſcītū ag-
 gressus erat, minime fuisset inhibita. Rursus au-
 tem idē murus, etiā Iudaorū studio fabricatus,
 ad x x.cubitos crevit, & minus quidē binis cu-
 bitis, propugnacula uero trinitatis habebat, totaq;
 alteitudo ad x x v.cubitos erigebatur. Murum
 autē supereminebātur turre, uiginti quidē cubi-
 tis in latitudinē, uiginti uero in alteitdinē, qua-
 dratis angulis ſtructa, & ſicut ipſe murus ple-
 na ac ſolida: praterea ſtructura ac pulchritudo
 ſaxorū nihil erat ſeplo deterior. Post alteitdinē
 uero turris ſolidā, uiginti cubitis clara, cella de-
 ſuper ac coenacula erat, aquarūq; pluuialiū re-
 ceptacula, & toruosi lati q; ſingularū ascensus.

Etiusmodi quidē turres nonaginta tertius murus habebat: earū autē internalla cubitos ducentenos. Medius uero murus in quatuordecim turres, & antiquo in sexaginta, diuisi erant. Omne autē ciuitatis in gyro spatum triginta tribus stadijs finiebat. Cū autē totus admirabilis esset tertius murus, admirabilior Psephina turris ad septemterionē occidenticq; surgebat in angulo, qua parte Titus castra posuerat: ex ea nāque per L. x. x. cubitos edita, sole oreo Arabia prospici poterat. & usq; ad mare, itemq; ad ultima finiū Hiebraorū. Erat autē octo angulis. Contra eā uero turris Hippicos, & iuxta duas, quas Herodes rex in antiquo muro edificaverat: queq; magnitudine siue pulchritudine affirmitate, uniuersis que toto orbe issent, praestabant: nā prater naturalē animi liberalitatē, rex pro amore ciuitatis, operum excellentiā proprijs affectibus indulgebat: personisq; tribus charissimis, quarum nominibus turres appellauit, fratri & amico, & coniugi memoria dedicando: huic quidē, ut dixi, amoris causa peremptis, & autem bello amicis, cum fortius decertassent. Hippicos quidē turres, amici uocabulo dicta, quatuor angulis erat. Singula autē x. x. v. cubitos in latitudine itemq; longitudine habebat, & excelsa x. x. x. cubitos erant, nusquam innes: supra soliditatem uero saxisq; adunata cōpaginē pureus x. x. cubitis aleus erat imbris excipiēdis: super

per hanc autem duplii recto domus, xxv. cubitIs alta, inq; uaria membra diuisa: et desuper eam mina quidē binis, propugnacula uero terminis cubitis ambiabant: ut omnis altitudo ad octogintaquinquaginta cubitos numeraretur. Secunda uero turris, quā fratris nomine Phaselō appellauerat, & que lata fuerat ac longa, cubitis quadrigenis: per totidē autem cubitos in pile modum facta & solida eius altitudo surgebat: & super hāc decem cubitis aditū porticus erat, instructa brachijs, itemq; propugnaculis sepe. In media uero porticu supereminens alia turris stabant, in membra magnifica & balneas diuisa, ne quid regalis ei usus uidetur deesse: in summo autē propugnaculis minisq; erat ornata, cū omnia eius celsitudo propè ad x c. cubitos tolleretur: & specie quidē uidebatur assimilis Phari turri, quaē Alexandriā nauigatiibus ignem procul ostendit: ambitu uero ampliore dilatabatur: tūc autem tyrannicū domiciliū exhibebat Simoni. Tertia uero turris Mariāmes (sic enim regina vocabatur) usq; ad x x. cubitos farta, per x x. aliōs cubitos in latitudinē tendebat, & magnificientiora ceteriūq; ornatiōra diuersoria sustinebant: cū id proprium, scīq; dignū esse rex putasset, ut uxoris nomine appellata turris, plus haberet pulchritudinis, q; que uirorū nominibus uocitata sunt: sicut ille hac muniores erāt, cui ſemina nome dederat, & cuius om̄is ali-

tudo per l. v. cubitos erigebatur. Sed quanquam tres turres tamē magnitudinis erant, ex loco ramen, quo erant sitae, multo uidebātur esse maiores: nā ē ipse antiquus murus, in quo crās, ex celso loco fuerat conditus, ē ipsius collis uelue quidam uerex alius propè ad x x x. cubitos eminebat, supra quē turres posita multiū sublimataris assumpserant. Mirabilis etiā fuit lapidum magnitudo: nec enim ex vulgaribus saxis, aut qua homines ferre possene, uerū seculo marmore candido, ē singulis per x x x. cubitos longis, latisq; decē, ac per v. aleis erant edificatae, qua ita inter se copulata erāt, ut singula turres, singula saxa uiderentur: sic autē manibus artificiū in faciē angulosq; formata, ne nusquam iūctura cōpaginis appareret. His autē in septentrionali parte positis, intus aula regia cōiungebatur: narratiōe omni præstātor. Nec enim magnificētia uel structura operis, aliqua ex parte superari poterat: sed tota quidē muro p x x x. cubitos edito cincta erat: equalis autē distaneia turribus ornatisimis ambiabatur, ornata uiorū receptaculis ē coenaculis lectorū ceniū capacibus. Inenarrabilis autem fuit marmorū narratas in ea, collectis ibi plurimis qua ubiq; varia uidebātur, ē fastigia simul proceritate trabiū ē ornamētorū claritudine mirabilia: membrorum etiā multitudō, ē innumerata species edificiū, plenaq; omnia supellestilis, cum pleraq;

in singulis ex auro essent, aeq; argento. Ad hec
 mulae porticus, alia per alia in circulū flexa, co-
 lūnaq; in singulis, ex que inter eas sub diō pa-
 rebat spacia, cum essent utiq; uiridarijs sylvis q;
 mariata, tū prolixas ambulatiōes habebat, aleis
 curipis cinctas. cisternas ubiq; signorū aeneorum
 plenas, quibus aqua effundebatur: multasq; tur-
 res mansuetarū circū latices colubarū. Sed enim
 neq; pro merito exponi regia, qualis fuerit, po-
 sest: habetq; memoria cruciarū, referens, quātae
 res latrocinalis flamma consumpsit: nec enim
 hac à Rom. incēsa sunt, sed ab insidiatorib. in-
 testinīs, ut suprā memorauimus in principio dis-
 fensionis. Et ab Antonia quidē omnia corri-
 puit ignis: trāsyte autē in regiā, triūq; turriū te-
 sta corripuit. Fanū autē conditū erat, ut dixi, su-
 pra durissimū collē. Et initio quidē uix templo
 aq; area sufficiebat, iacēs in summo planicēs,
 quod undiq; praeceps erat aq; declivis. Cū autē
 rex Salomon, qui etiā templū edificauerat, mu-
 ro eius pariē ab oriente cinxisset, una porticus
 aggeri est imposta: ex manebat ex alijs parti-
 bus nudum, quo ad seculis posterioribus, sc̄mp̄er
 aliquid aggeris accumulatē populo coequatus
 collis laior effectus est. Perrupto autē septen-
 trionali quoq; muro, tancū assumpsere spaciū,
 quantum postea totius fanī ambiens inclusus.
 Triplici autem muro colle circūdato, spe maius
 opus extinctū est: in quo lōga secula consumpta.

sime, omnesque thesauri sacri, quos toto orbe
missa Deo munera repluerant, tam in superiori
ambitu, quam in inferiore templo adificati: cuius quod
humilissimum fuit, recetentis cubitum munierat, in
quibusdam uero locis pluribus. Non tamen omnis
aliendo fundamētorū uideri poterat, multi ual-
libus obrutis, ne angustas uias oppidi coqua-
ret. Saxa uero quadrangulare cubitorū magnitu-
dinis erant: nam et pecuniarū copia, et populi
largitas, maiora dictū conabatur: quodque nunquam
posse perfici sperabatur, diuinitate ac perse-
uerātia explicabile uidebatur. Tāeis autē fun-
damētis digna erant opera imposta. Duplices
porticus oēs, quas colūna sustinebant quinque et
vicensim cubitis alta, de singulis saxis marmore
candido, et laquearia cedrina protegebant. quo-
rum naturalis magnificētia, quodque ligno rasilii
erant, atqueque cohærebant, operā presiū spectāribus
exhibebat: nulloque aut pictoris aut sculptoris
opere extrinsecus ornabāt. Latitudine autē p x x x.
cubitos erant: omnisque gyrus earū, sex mēsura fla-
diorū cū Antonia concludebatur. Totū autem
sub diōspatiū uariabatur, omnium quidē generū.
lapidibus strātū: quā uero ad secundū templum
ibant, cancellis septū saxeis ad tres cubitos ab-
sis, nimiūque grato opere factis: ubi aquis deposi-
ta inter uallis columnā stabat, legē castimonia
praeconentes, aliae Gracis, aliae Latinis litteris, in
locum sanctum transire alienigenas non debere.

Sanct

Sacrum enim vocabatur alterum fanum, et quatuordecim gradibus ascendebatur a primo: quadratusque sursum erat, et proprio muro circundatus, cuius exterior celsitudo, quamvis x l. cubis surgeret, tamen gradibus regebatur. interior autem x x v. cubitorum erat, quoniam in altiori loco per gradus adificata non tota pars interior cernebatur, colle obiecta. Post x i i i. autem gradus, spatiuum erat usque ad murum c c c. cubitis planum. Hinc rursum alij quinq; gradus, et scala ad portas ducebatur: a sepeenerione quidem a meridie oculo, quaterna uirinq; uidelicet, due uero ex oriente. Necessario namque proprius locus, religionis causa mulieribus destinatus, muro discruebatur: aliter quoque porre opus esse videbatur. Cetera primam uero, secreta erat ex alijs regionibus una porta meridiana, et una septentrionalis, quibus ad mulieres introibatur: per alias enim transire ad mulieres non licebat. Sed nec suam portam intericto muro transgredi licebat. Pareret enim locus ille pariter indigenis et hospitiis feminis, religionis causa uenientibus. Occidua uero pars nullam portam habebatur, sed perpetuus ibi murus erat exirectus. Inter portas autem porticus, a muro intrò propè a theatro aduersa, magnis et pulcherrimis columnis sustinebatur: erant autem simplices, ac prater magnitudinem nullare ab inferioribus aberant. Portarum autem, alia quidem auro et argento

undiq; secta erant, itēq; postes ac frōes: una ue
 rō extra templū are Corinthio, quae multū ar-
 gento inclusas & inauratas honore superabat.
 Et bina fores quidē in singulis ianuis erant tri-
 cenis cubitis altae, quinque denis etiā latae: post in-
 trōitū uero, ubi laiores fiebant, tricenis utrinq;
 cubitis exedras habebant: exēplo quidē turriū
 longas & latas, supra uero quā uiginis cubitis
 celsas: singulas autē bina colūna duodenūm cu-
 bitorū crastinidine sustinebāt, Et aliarū quidē
 portarū magnitudo par fuit: que uero supra Co-
 rinthiam posita, quō mulieres conueniebant, ab
 oriente aperiebatur, porta tēpli sine dubio ma-
 ior erat, quinquaginta enim cubitis surgens,
 quadraginta cubitorū fores habebat, ornatūq;
 magnificentiorem: quoniā crastiori argēto atq;
 auro uestibatur: quod quidē nouē poreis infu-
 derat Tiberij pater, Alexāder. Gradus autem
 quindecim à muro, qui mulieres segregabat, ad
 maiore portā ducebāt: namq; illis qui ad alias
 portas iter dirigerent, quinq; gradibus erant
 breuiores. Ipsum uero templū in medio posuit.
 hoc est, sanū sacrosanctum, duodecim gradibus
 ascendebatur. Et à frōe quidē atriudo eius &
 latitudo, ceneos cubitos habebat: ponē autem
 x l. cubitis angustius erat: adiutus enim, uelauis
 quibusdā humeris, utrinq; nicenū cubitorum
 producebatur. Prima uero eius porta l. x x. cu-
 bitis alta erat, & x x v. lata, neq; fores habe-
 bas,

bar, celum enim undiq; cōspicuum lateq; patēs
 significabat: erantq; totæ frōes inauratae: ac pri
 ma ades omnis perlucebat extrinsecus, auroq;
 circū interiorē fani partē splendida cuncta cer
 nentibus occurrebat. Cū autē interior eius pars
 cōsignatione intersepta esset, adiacens ei prima
 ades parebat in altitudinē perpetuā: perq; no
 naginea cubitos tollebatur, cū longa x l. cubi
 tos esset, ac x x. transversa. Interior uero porta
 rosa inaurata erat, ut dixi, q̄r circū eā auratus
 paries, de super autem habebat aureos pāpinos,
 unde racemis statuta hominis pēdebat: q̄r quia
 cōsignatio iam intercedebat, tēplū exteriore hu
 milius uidebatur: et fores habebat aureas, quin
 quaginta q̄r quinq; cubitis altas, sexdecim ue
 ro latas. Ad hac auleum lōgitudine pari: hoc
 est, nelū Babylonī, hyacintho, q̄r byffo, q̄r coc
 co, q̄r purpura uariatū, mirabilis opere factum,
 neq; cōemplationis expers colorū permixtione,
 sed uelut omniū rerū imaginē preferens: coco
 enim uidebatur ignē imitari, q̄r byffo terrā, q̄r
 hyacintho aēre, ac mare purpura, parum quidē
 coloribus, byffo autē ac purpura origine: quo
 niā byffum quidē terra, mare autē purpurā gi
 gnit: eratq; in eo perscripia omnis celi ratio
 praeferit signa. Introgressos autē inferior pars ex
 cipiebas, cuius altitudo quidē habebat l. x. cu
 bitos, q̄r longitudo totidem, ac latitudo x x.
 rursum autem x l. cubiti diuisi erant. Et primus

quidem pars ad x. l. cubitos anulsa, haec tria
mirabilia et predicanda opera cunctis homi-
nibus habebat, candelabrum et mensam, et thu-
ribulum. Septem uero lucerna, stellas errantes.
significabat: tot enim ab ipso candelabro ori-
bantur. Duodecim uero panes in mensa positi,
signorū circulū, atq; annum. Thuribulū autem
per tredecim odores, quibus replebatur, ex mari-
es inhospito, et inhabitabili, designabas omnia
Dei esse. Deoq; seruire. Inima uero tēpli pars,
x. x. cubitorū erat: discernebatur autē familiariter
uelo ab exteriore, nihilq; prorsus in ea erat po-
ssum: inaccessa uero, et innolata, et inuisibile
omnibus habebatur, Sancti q; sanctū uoca-
batur. Circa lacra uero inferiorū templi, multa
erant membra perniciosa, triplici teclō suspēsa: et
ad utrumq; latum, ad ea introitus à porta pate-
bat. Superior autem pars eadem membra non
habebat, quo minus erat angustior, celsior an-
tem x. l. cubitis, nec ita nisi inferior ambitiosa.
Colligunt enim cœcum cubitorum celsiendo
uniuersa, cū in solo x. l. cubitos habuerit. Exte-
rior autem facies, nihil quod animus aut oculū
mirarentur non habebat: cruxq; enim aureo
grauissimis undique recta, ultra primos ortus
igneo splendore lucebat: ne cùm incertem
contendens oculi quasi solis radijs auer-
terentur. Hospitibus quidem adiutoribus, pro-
cul moni nimo similis nidebatur: nā ubi deau-
rat

ratum nō erat templum, candidissimum erat.
 In summo autem aureis ueribus horrebas acu-
 tiſſimis, ne ab infideliis anib[us] pollueretur.
 Nonnullorum autem saxorum eius, longitudo
 x l v . cubitorum erat, altitudo quinq[ue], et la-
 citudo sex, Ara uero pro templo, x v . cubitis al-
 ta, lata uero et longa cubitis quadragenis, qua-
 drataq[ue] ſtas, ueluti cornuis angulis eminebat,
 et à meridie ascēsus in eam clementer ardore
 resupinabatur. ſine ferro autē conſtructa erat,
 nec unquā eam ferrū reuigerat. Templū autem
 arāq[ue] cingebas ex pulcherrimo ſaxo lorica gra-
 tissima, uſq[ue] ad cubitū ſurgens, qua populum à
 ſacerdotibus ſegregabat. Gonorrhæos, hoc eſt
 ſemine fluentes, iteq[ue] leproſos tota ciuitas arce-
 bat, et foeminiſis menſtrua ſoluentibus clauſa
 erat: pradictū autē limitē, ne puris quidem mu-
 lieribus transgredi permittebatur. Viri autem,
 qui non per omnia caſti fuiffent, ab inferiori
 aula, et qui puri eſſent, à ſacerdotibus prohibe-
 baneſt. Qui uero ex origine ſacerdotum ge-
 nus ducentes, eacinais cauſa munere non fun-
 gebaneſt, cum in columib[us] intra limitem ad-
 erant, pariesq[ue] generis conſequabantur: uestib[us]
 tanquam uitebantur plebeys: quoniam ſa-
 ceroſali ſolus qui ſacra celebrabat amicieba-
 tur. Ad altare uero templūq[ue] accedebant ca-
 reneſ omni uilio ſacerdotes, uelle quidē amicli
 byſſina: maxime uero merito abſineteſ, ac ſobrii
 relig

religionis meū, ne quid rem diuinam faciendo
peccarent. Pontifex autē cum ipsis non rāmen
semper ascēdebat, sed diebus quibusq; septimis,
et per singulos menses Calendis : uel si quando
paria festinitas atq; annua ab omni populo a-
gebatur. Et sacrificabat uelamine praeinctus,
eoq; rectus femora usq; ad genitalia: linceum
nerō habens intrinsecus demissum usq; ad pe-
des, et hyacinthī desuper indumentū rotun-
dum, ex quo fimbria pendebant, alternis nodis
aurea cinctinnabula, malaq; granata sustinētes:
cinctinnabulis quidē tonitrua, malis nerō fulgu-
ra designantebus. Pectoris autē uestimentū uit-
ta cingebant, quinq; uariata coloribus: hoc est,
auri, purpura, cocci, byssī, et hyacinthī: quibus
etiam uela tēpli diximus esse cōtexta. Habebat
idem etiā chlamydē temperatā, in qua plus aurī
erat, et habitu quidē indumento thoraci simi-
lis uidebatur: duabus autē fibulis aureis, aspidū
specie ninciebatur, quibus inclusi erant opima,
maximiq; sardonyches, scripta tribuū gemis In-
dae nomina præference. Ex alera nerō parte,
duodecim p̄cdebāt alijs lapides, in quauor par-
tes terni diuisi: hoc est, sardius, topazius, sma-
ragdus: carbunculus, iaspis, sapphirus: achates,
anerhyssus, lyncurium: onyx, beryllus, chryso-
litus: quorum singulis singula itē cognomina
erant scripta. Caput autē byssina tiara regebat,
hyacinthus coronata. Et circa eam alia corona
erat

erat aurea, scrip̄as ferēs sacras literas, qua sunt
 quatuor elementa vocalia. Ea quidē uelte non
 semper, sed alia ambitiosa utebatur, illa uero si
 quādo adita introibat. solus autē atq; semel in
 anno intrabat, quo die cunctos ieiunare Deo
 mos erat. Sed de ciuitate ac sep̄plo ex moribus et
 legibus iterū diligētius referemus: nō enim pau-
 ca super his exponēda sunt. Ceterum Antonia
 in angulo quidē duarū porticū sua erat prio-
 ris tēpli, que ad occidētem septētrionemq; spe-
 clarene: in saxo autē fuerat extructa, quinqua-
 ginta cubitis alto. ex undiq; praeupro: quod e-
 pus Herodis regis fuit, ubi maximē ingenij suā
 magnificenā demōstravit. Primū enim à radi-
 cibus saxū ipsum levib² crustis obtegebat, quo
 ex decus adderet operi, ex facile dilaberētur, q
 uel ascēdere uel descēdere tentauissent: deinde
 ante turris adificiū murus erat cubitorū triū:
 intra hūc omne spatiū Antonia in quadrangin-
 za cubitos erigebatur. Intus autē regia lacu-
 dinē ad descriptionē habebat, diuisam in omnē
 usum habitationū ex specie, id est, acria, ex hal-
 sea, ex aulae castris aptissimas: ut quantū ad
 usum necessariū pertinet, ciuitas uideretur, ma-
 gnificētia uero palatiū. instar uero turris toto
 habuit formata, quatuor alijs per angulos tur-
 ribus cingebatur: quarū caerulea quinquaginta
 cubitis erant alte: qua uero ad meridianū oriē-
 talemq; angulum sita erat, l. x. x. cubitis em-
 nebat.

nebat, ut ex ea solū templum uideri posset. Quā uero porticibus iungebatur, uirinq; descensus habebat, unde custodes commeabant, semper nāq; in ea Ro. milites residebant: ex cum armis apposui custodes, ne quid populus festis diebus noui cōmitteret obseruabant: castri enim erat impositum oppido quidē templum, templo uero Antonia. In hac autem porticu custodes erāt, ex superioris ciuitatis aliud castellum, regia Herodis erat. Bezeiba autem collis, ut ita dixi, ab Antonia separabatur: qui cūm omnium esset altissimus, etiam parti nocte ciuitatis coniungebatur, temploq; seprēirionali solus obstat. De ciuitate quidem, ac muris eius, iterum scribere plenius cupiens, in præsentia satis dixi.

Deditio[n]em Iudæi recusant, & Romanos adoriantur.

C A P . V I I .

Pugnacissima autē maximeq; dissentiens, multitudo circa Simonem erat, hominum decē millia, prater Idumæos: quinquaginta uero decem miliū duces, quibus ipse quasi dominus omnium præerat. Idumæi autē qui erant eius partium, cūm effent numero quinq; millia, duces decem habebant. Horum autē principes uidetur, Sosæ Iacobus, ex Caihle filius Simon. Ioannes autem qui templum occupauerat, sex armatorum millia habebat, quos viginti duces regebant: tunc autē illi accesserant etiam Zelotarum depositis, discordijs, duo millia quadrigeniti

genii: qui Eleazar, quem ante habuerant, ex
Simone Arini filio utebatur ducibus. His an-
tem (ut diximus) bellum inter se gerenteibus, po-
pulus erat primum: et plebis pars, qua non
eadem qua illi committeret, ab utrisque diripieta-
tur. Tenebat autem Simo quidem superiorē ciui-
tatem, murumque maiorem usque ad Cedronē, et
antiquioris muri, quantum à Siloa flectitur ad
orientem, usque ad Monobazi aulam descen-
dit. Is rex erat Adiabena gentis, ultra Eu-
phratem habitantis. Tenebat etiam montē A-
cre, qua inferior est ciuitas, usque ad Helena re-
giam, qua Monobazi fuerat mater. Ioānes an-
tem, templum et circū templum aliquatenus,
itemque Ophlam, et nalle qua Cedron appellata-
tur, et alijs qua interiebant incensis, mediū
bello quod inter se gerebant spatium aperue-
re. Nec enim castris Romanorum prope mūrū
positis, intra ciuitatē seditio quiescebat: sed ad
primum eorum impeium paulisper sanitate re-
cepta, mox ad pristinum morbum rediere. Rur-
susque discreti, pro sua quisque parte pugnabat:
omnia faciendo, qua obfidētes optaret. nihil enim
acerbius à Romanis passi sunt, quam ipsi se tra-
ctarunt: neque post illos ciuitas aliquid noua ca-
lamitatis experita est. Sed illa quidē grauiores
prius casus perculit, antequā subuerteretur. quā
nero eam debellarunt, maius aliquid perfecere.
Dico enim, quod seditio ciuitatē, Romani uero
sedit

seditionē cepere, qua mulo erat mōnib⁹ eu-
 tor. et res quidē aduersas suis, iusticiā uero re-
 ste quis Romanis ascriberet. intelliget aut̄ quod
 dies cuique suggesterit. Verū tamē his intra ci-
 uitatē ita se habentibus. Tius cū lectis equiti-
 bus foris circuitens, quā muros aggredetur ex-
 plorabat. Hesitans autē, quia nec ab ea parte
 adiri poteras pedibus, quā ualles erant, & ab
 alio latere, prior murus machinis firmior uide-
 batur, placuit ad Ioannis pontificis monumen-
 tum (hic enim tantummodo & primus humilior
 erat, nec secundo muro cōiungebatur) innade-
 re: neglecta enim fuerat munitio, propterea
 quia non satis noua ciuitas frequenterabatur. Sic
 in certū murū facilis aditus illac erat, per quē,
 superiorē ciuitatē, & per Antoniam, templū
 capi posse cogitabat. Hac eo collustrante, qui-
 dam ex amicis eius, Nicanor nomine, ad huic
 rum leuum sagitta percūtitur: cū propius una
 cū Iosepho accessisset, pacemq; in muro stanti-
 bus (dicendi enim peritus erat) suadere iētaret.
 Vnde cognitis eoru conatibus Casar ex eo, quod
 nec ad salutē se hortatibus abstinuere, excita-
 tur in obsidionem, simulq; suburbana militibus
 uastare permittit, collectaq; omni materia, in-
 bes aggerē cōstrui. Triparito autē exercitu ad
 opera, medios in aggeribus iaculaores et sagit-
 tarios cōstituebat, & ante eos ballistas, aliasq;
 machinas atq; tormenta: quibus & excursus
 boſlium

hostium in opera prohiberet, & qui ex muris obstatore tētarent. Casis autē arboribus, momento suburbana nudata sunt: Collectis autē lignis im aggeres, cū totus operi intentus esset exercitus, nec Iudei segnes erāt: populū quidē in rapinis ac cedibus cōstitutū fiducia tūc habebat, q̄ re spirauerūs esset: illis aduersus hostes distractis, existimantē pœnas se ab noxīs repetiturum, si Romani superassent. Ioānes autē quāvis in exterritos socū suis irrūpere properarent, metu tamē Simonis manebat. Verū Simon non quiccebat, proximus enim erat obsidioni, missilibus per murū dispositis, que pridem Romanis abstulerat, quæq; apud Antoniā capta fuerāt. Sed horum possessio, proprie imperiā plerisq; nō erat uilis: punci autē à trāsfugis docti, male utebā- eur instrumentis. Sed cū lapidibus & sagittis aggerē iacentibus multibus imminebāt, perq; cuneos excurrētes, manus etiā conserebāt. Operantes autē cratices super nullū opposita protegebant, omnibusq; legionibus cōtra excursus erāt machine cōparata mirabiles: prcipue uero decimae legionis ballista uchemētores, & tornēta saxonū, quibus non solū irruentes, sed etiā su per murū stanies auertebantur: nam & singula saxa talenti pondus aquabant, & ultra stadij modum torquebantur. Itius autē non solū pri mis quos offendisse, sed aliquādo posterioribus quoq; insolentibus erat. Iudei sanè canebant à

lapidibus, q̄ erāt candidi: nec tantū sono ac fre-
 muu noscebātur, sed etiā claritudine prospicie-
 bātur: deniq; speculatores in turribus prafidē-
 tes, pradicebāt, quando impellerebātur machina,
 sacrumq; ferretur, patria lingua clamātes, Filius
 uenit: itaq; praeſciebāt in quos ueniret. atq; iu-
 nitabant: q̄ hinc euueniebat, ut illis declināti-
 bus, lapis irritus intercideret. Proinde Romani
 excogitare, armamento decolorare lapides: tunc
 enim muſi, nō similiſer incrceros ielus habebāt,
 multosq; ſimul unius impeſu corrumpebāt. Sed
 ne male quidē affecti Iudai, aggeris instruendis
 Romanis copiā dabant, omni uero eos molitione
 atq; audacia die noctuq; prohibebāt. Perfectis
 autē operibus, plūbo q̄ hīo ab aggeribus ia-
 elo, fabri quod erat ad murū ſpatiu meciuntur:
 nec enim alioqui id fieri poterat, quoniam deſu-
 per telis perebantur. Cumq; pares in eſtallo a-
 rietes inueniſſent, eos applicāt, propinoq; diſpoſi-
 tis machinis, Tūne, ne ex muro arieſes prohibe-
 rentr, ex tribus partibus murū pulſari inbet.
 Sonitu autē circuſlrepente ciuitatiē, clamor in-
 gens ciuiū ſublaui est, itemq; ſeditiosos panor
 innauit. Et quia periculū cōmune uirisq; uide-
 batur, cōmuneſer iam repugnare cogitabāt, no-
 ciferātibus inter ſe discordibus, quia omnia pro
 cōmoditate hoſtiū facerēt: cū ſi nō perpetuā con-
 cordiā ſibi Deus praebeat, ſalē in praſencia con-
 tra Romanos oporteat cōſpirare. Simō autē pra-

cone

cone misso uolentibus ex seculo ad murum egrediendi copiam dedit: idemque et Iohannes, lices manus crederet, permisit. Illi autem oblitus odiorum, ac discordiarum suarum, in unum corpus coeunt: murumque amplexi, faces inde quaqueplurimas iacebant contra machinas Romanorum, contraque impulsores arietum: eosque sine intermissione scelis petebant. Audacissimum uero caturuarum profilientes, machinarum tegmina dissipabant: hisque appositis irruentes, peritia quidem pauca, plura uero audacia perficiebant. Semper autem aderat adiumento laborantibus ipse Titus: et iuxta uerasque machinas equitibus, ac sagittariis ordinatis, ignem quidem ferentes, prohibebat: iaculaes uero a turribus, reprimebat, nocendi iesus arietibus facies: et tamē murus istibus non cedebat, nisi quod quinta legionis aries conuonit angulum turris: murus autem stabat in columnis, nec enim statim cum turri periculum sensit, quae multi alius eminebat, nullamque pariem muri secum trahere poterat in ruinam. Cum autem ab excursibus paululum quietissent, obseruauo Romanos per opera et castra esse dispersos, quia labore et formidine Iudeos discessisse arbitrarentur, excurrunt omnes quae turris erat Hippicus, porta latencier, igneq; operibus iniiciuntur: usque ad castrorum quoque munimenta, in Romanos animati procedebant. Horum autem periculo matutino, et qui erant propius exercitii sunt, et qui procul aberant conuenire. Romanorum

autem disciplina nincebat audaciam Iudeorum: *C*o quos prius offenderant in fugam uersis, alijs qui colligerentur instabant. Grauis autem circu[m] machinas pugna commissa est, illis incendere, his incendiū prohibere certaneibus, incertusq[ue]; clamor uirinque; tollebatur, *C*o muli qui in fronte steterant, ceciderunt. Sed Iudei cōfidentia superiores erant, ignisq[ue]; opera tetigerat, incensaq[ue]; omnia cum instrumentis penitus essent, nisi leb[ile] de Alexandria restierissent plerique; , prater opinionē sui uiriliter dimicantes: nam glorioſissimis in hoc bello prelati sunt, donec imperator equitum ualenterissimis comitatus, in hostes irruit: *C*o ipse quidem duodecim repugnatores pcremit: metu autem cladis eorum cetera multitudine in fugam uersa, omnes compulit in ciuitatem, eoq[ue]; modo aggeres liberavit incendio. In hac autem pugna, unu[m] ex Iudeis niuum capi cōtingit, eumque; Titus crucifigi pro muro iussit, si forte reliqui uel hoc spectaculo territi cōcederent. Post eius uero discessum, etiā dux Idumaorum Ioannes, dum ante muros cū noto milite loquitor, à quodā Arabe pectus sagitta percussus, continuo perire: magnumque; *C*o Iudeis luctum, *C*o seditionis mororem reliquit: nam et magnus promptius erat, et sapientia nobilis.

De casu turris & duorum murorum obtento, C. VIII.
Nolle uero quae secura est, incredibilis tumultus Romanis incidit. Nam cum tres

entes

turres imperator Titus quinquagenum cubitorum cōstrui praecepisse, ut his per aggeres singulos positis, hinc hostes in muro stantes facilius in fugā uiceret, una eārū sponte sua nocte iuempesta lapsa est: ingenit uero sonitu facto, mea occupauit exercitū. Conari autē aliquid Iudeos suspicari, ad arma currebās, eaq; re turba in legionibus ac tumultus erat: cumq; nemo quid accidisset reserre posset, diu queruli aliis aliud opinabātur: nullisq; interuenientibus hostibus semetipso timebāt: signumq; diligenter singulis à proximis requirebant, tanquā Iudei iam castra possiderent: Panicoq; terrore capti uidebantur, donec Titus cognitus qua res erant, uerū cunctis indicari iussit: iādemq; tumultus eo nūcio conquisuit. Iudei quidē caeca fortiter sustinentes, male turribus affecti sunt: machinis enim leuioribus, et iaculaoribus, ac sagittarijs, saxonumq; tormentis inde feriebātur. Sed neq; harū aquare ipsi poterāt celsitudinē. Et turres excidendi spes non erat: cumq; neq; euorti proprie grauitatem, neq; incendi, proprieatē q; ferro regebātur, facile possent, ultra iactū reli fugientes, arietū impetu non uerabāt: qui sine intermissione sericeis, pavimentum aliquid proficiebāt. Itaq; muro iam cedēte magno arietis Romanorū, quē Iudei Nicona uocabāt, quod omnia uinceret, quānis es anteā defessi eras pugna. Et nūcilijs, cum longe ab oppido pernoctarent tamē etiam negligētia, nel quod

male consulerent, murū fibi supernacū esse credentes, quibus alia duo munimēta supercessere, lassaciq; plurimi recessere. Cum autē Romani, quā primū murum Nicon perruperat, ascēdissent, ad secundū omnes Iudei relictis custodīs refugerunt: poreis autē Romani qui transierunt pacem facili, exercitū receperere. Et hi quidem hoc modo poriti muro, quinto nonas Maij, ex partē eius maximā diruhū, et septentrionalē ciuitatis regionē, quā ante Cestius uastaucrat. Titus autē notato quā Assyriorū castrā est, militem transfert, occupato omni quod inter Cedrona fuerat spatio, et ultra sagittare iactum à secundo muro separaens, oppugnationē statim aggressus est. Tunc igitur partiti murū Iudei, forciter resistierunt. Et Inānes quidē, eiucq; socij ex Antonia et septentrionali porticu templi ab Alexandri monumēto pugnabāt. Simonis autē manus iuxta monumentū Ioānis aditū clauserat, usq; ad portā, qua in Hippicō turrim aqua inducebatur. Sepe autē profiliētes ē portis, cominus dimicabant: cōpulsiq; intra muros in cōfīctu quidē Romanorū disciplina, propter impeditiam nincebātur, in murali autē certamine superabāt: eos enim fortuna atq; scienzia, Iudeos uero audacia, quā timor aleret, sustinabat, q; natura erat in calamitatibus duri. Ad hac autē, et ihsus suberat spes salutis, et Romanis circa uictoria. Nequos autem lassiendo fatigabat:

sed

sed aggresiones, murorumq; oppugnaciones, ex-
 cursus crebri per cuneos, diebus totis ageban-
 tur: nullaq; praliorū species aberat, cum à pri-
 ma luce incipientia uerisq; insomnis. & die gra-
 uior nox dirimeret: his quidem occupatum iri
 murum continuò mecentibus, illis uero ne Iu-
 dae castra peruaderent. Itaq; in armis perno-
 Etanees, prima luce uiriq; pugna parati erant.
 Et Iudas quidem certabat, quis esset promptior
 ad periculum, eoq; modo gratia emincret apud
 duces suos: maximè uero Simonis eos metus ac
 reverentia domonebat; eoq; modo illum singuli
 subiectorū colebant, ut ad semet quoq; interfi-
 ciendos parati essent; si hoo ille iussisset. Roma-
 nos autē ad uirentē horabatur consuetudo uin-
 cendi, & quia uinci non assuerant, crebraq;
 militia, exercitationesq; perpetua, & imperij
 magnitudo: ante omnia uero Titus semper ubiq;
 presens: nam & inertia, spectante atq; opiu-
 lance Casare, grauissimū facinus uidebatur: &
 ei qui bene decerasset, testis aderat, qui repēde-
 ree primum: præterea fructus erat, uel cognosci
 solum principi uirū fori: idecirco multoru major
 uitibus alacritas demonstrata est. Deniq; istis
 ipsis diebus, ualidissima Iudaorū acie instructa
 pro mœnibus, telisq; uirinq; missis, quidā Lon-
 gimus de numero equitū ex acie Ro. progressus,
 in medianam aciem Iudaorum irruit: huq; disfe-
 cit, hoc impetu duos fortissimos perimit, unius

obniam tendencie ore percusso, alterius eodē celo
quod priori extraxerat, transfixo laetere refu-
gientis: Et ex medys hostilibus ad suos primus
occurrit. Ille igitur ob virtutem insignis erat,
enim autem eius fortitudinis mulae extiterunt.
Et Iudei quidē negligentes quid patuerentur, tan-
tummodo qualiter afficerent considerabāt: morsq;
bis lenissima ducebatur, si quo imperfecto hoste
cedidissent. Titus autē non minus salvi militis,
quam victoria consulebat: Et censorios impe-
tus desperationē dicens, solam uero esse uirum,
si quis prudenter et canic sine proprio incom-
modo fortiter faceret, in ea re potius, qua peri-
culum non haberet, uiros esse precipiebat.

De Castore Iudeo Romanis illudente. C A P. I X.

ITaq; à septentrionali parte, media turri ap-
plicat arietē, in qua Iudeus quidā uersuens
ac subdolus, Castor nomine, cū decē alijs militi-
bus suis delinuerat, fugatis catenis formidine fa-
gittarū. Hī cū pauidi sub loriscis aliquādiu quie-
nissent, cōcussa turri surgūt: extētiq; manibus,
Castor ueluti supplex Casare implorabat. Et no-
ce miserabili, ut sibi parceret, obtestabatur. Cui
Titus pro simplicitate sua credulus, iamq; Iu-
deos existimas belli primitere, arietes quidē im-
pulsione cessare iuber, ac sagittarios supplicibus
prohibet. Castori autē quid uelle eloqui permis-
tit. Cumq; ille respōdisset, ad fardus uelle descen-
dere: Titus grauelaturū se ait, si omnes cadē sen-
tire

eire uoluissent: paratoq; animo fidē pacis etiam
cūnitati daturū. Sed cūm ex illis dece Castoris so-
cys quinq; iūdē supplices esse simularent, catere
nunq; se Romanis seruituros clamāt, dum mori
liberis liceat. Deniq; illis super hoc ambigene-
bus, cessabat expugnatio. Castor autē interea Si-
monē per internūcios admonebat, ne dū uacuum
effet ēp̄us, de rebus urgētibus cōsiliū capere:
paulisper enim se illudere imperatori Romano.
Simul autē hoc agens, ad pacē hortari cōtradi-
centes socios uidebatur. Illi autē uelut egrē fe-
rēces, in thoracas nudos fixere gladios, hiuq; per
eūs uelut īterfēcli ceciderūt. Titus uero eiūs q;
sociū obſupuere tāta eorū pereinacia, cūm ex in-
feriori loco quod factū erat, uerè uidere non po-
tuissent: mirabāeurq; simul audaciā, ex calamō-
tate miscrabāur. Interēa Castorē ad natem qui-
dam sagitta percūit: tumq; ille telū exractum
imperatori ostendēs, iniqua se perpeti quereban-
tur. At Titus incusatio qui hoc emiserat, astan-
zem Iosephū mutiū, ne Castori dexterā porrige-
ret. Verum is neq; se iurū, nihil enim sanū sup-
plices cogitare, respondit ex amicos qui uoluere
ire prohibuit. Cūm uero quidā ex perfugis Ze-
neas, iurū seſe dixisset ad eum, inuitāte Castore,
ne etiam secū in quo ferret argentiū aliquid su-
sciperet. Ad hac ille studioſe aperto ſinu accur-
rit: aleer uero super eum saxū demisit: et ipsum
quidē, quoniam precanerat, ferire nō potuit: sed

ātrum malitē qui aderat, vulnerauit. Caesar uero fallaciā reputās, in cellexit misericordiā in bello nocere, minuoq; decipi calliditate sanitā, arietisq; impulsionib⁹, iracūdia fraudis uehemētius ueebatur. Caſtor autē eiusq; soci⁹ currim iclibus iam cedentē incendū: perq; flamas in eiusdem missi cuniculos, iterum magni animi opinionem apud Romanos habnere, tanquā se ignibus tradidisse. Capit autē hac parte murū Titus, die quinto postquā primū ceperat: fugatisq; inde Iudeis, intro cū lectis malle trāsyit, quos circa se habebat, armatis: ubi nona ciuitas ei lane uēditores erāt, fabriq; ararij, uestiumq; mercatus, et ad murū angusta via trāsuerte iendebar. Enim ipſi uel fluctuum muri distractus maximā partē, uel qua ceperat lege belli uastaffet, nullū credo dannū uictoria fuisse admixtū. Nunc autē Iudeos exoratū iri sperans, cūm licet capere faciliem discessiōni aditum dilatauit: nec enim quisbus consulebat, infidiciarios sibi putabat.

De secundo muro bis obtento à Romanis. C. A. X.

DEniq; postquam ingressus est, neq; occidi quēquam permisit eori qui cōprehendebantur, neq; domus incēdi: sed tam sedicioſis, si pugnare uellens, sine populi detrimento copiam dabant, quam ipsi populo fortunas proprias se reddiuerū pollicebantur. Plurimi namq; petebāt sibi ciuitati ſcrubari, templum uero ciuitati. At enim populum quidē ad ea que horabatur ex ante

antea parasū habebat, bellicosī quem pro iner-
tia ducebant humanitatē: Tūnq; imbelli ani-
mo, quod ceteram ciuitatē tenere non posset, huc
proponere conditiones priabane: morem autem
populo denuntiantes, & si uerbum quisquā de
traditione fecisset, pacēmue nominasset, mox in-
terficiendum cum esse minitantes. Romanis quā
introiere, alijs per uiarū angustias obstabant, alijs
ex adibus, alijs murū per superiores portas eges-
si, pugnare cōperant: quibus rebus perturbati
custodes, de muro sese demiserunt, relictūq; eur-
ribus in castra recesserunt. Clamor autem audi-
batur milium intra ciuitatē, quod ab hostibus
cingentur: foris autē degentium clausis con-
tabernalibus meuentiu: crescente autē numero
Indorū. & properiter locorū peritiam uiarumq;
scieniam praualentē, mulci Romanorū trucida-
bantur, & ab incumbentibus pellebantur, cū
magis necessitate resisterent: nec enim mulci si-
mul fugiendi copia per angustias muri parebat:
omnesq; penē qui transierant, perempti fuissent;
nisi Titus eis opem indisset. Dispositis enim per
summa uiarū sagittariis, & ubi plus erat mul-
titudinis astans, missilibus hostes abigebat, &
cum eo Domitius Sabinus, vir bonus etiam in
illo prælio cōprobatus: duravitq; tam diu, sagit-
tis eos prohibēs irruere, donec omnes mulci ne-
cessere. Romani quidē ita secūdo muro potiti, ad
extremū pulsū sunt. Oppidamis uero q; pugnaces
erant.

erant, spiritus crevit, & secundis rebus amentes
 erant, neq; Romanos ausuros esse ad ciuitatem ac-
 cedere suspicantes, neq; uincit se posse, si ad pra-
 lium processissent: nam quia iniqui erant, officie-
 bat eorum sententia Deus: & neq; Romanorum
 uim, multo maiorē illa que pulsa fuerat, super-
 esse cernebat, neq; famem iamiamq; serpentem:
 adhuc enim malis publicis alebatur, & sanguinem
 ciuitatis bibebat. Boni autē iamduū ino-
 pia laborabat, & penuria uictus iam multi de-
 fecerant. Populi tamen interitū seditionis pro le-
 uamine sui ducebant: & folios eos, qui pacē non
 probarent, saluos esse cupiebāt, quiq; uiuere con-
 tra Romanos optarent: contrarium uero mulierum
 dinem, uelut onus quoddā, consumi gratulaban-
 tur: & ita quidē circa suos affecti erant. Roma-
 nos autē, quod ciuitatem iterū ingredi conabantur,
 armati prohibuerunt, disiectis muri parsibus ob-
 iectis corporū præmuniens: ac per triduum susti-
 nuere fortiter dimicantes. Quarto autē die, Ta-
 zum uehementius agressum nequaquam ferre po-
 tuerunt: sed uia coacti, rursum quō ante ea refuge-
 runt. Ille autē interim muro positus, totam eius
 septentrionalem partem statim depositus: in uo-
 ridiana uero per iurres præsidia collocauit.

De aggeribus in tertium murum, & oratione pro-
 lixa Iosephi pro ditione facienda, & fame ob-
 sellorum.

C A P. XI.

Iamq; tertium murū Titus aggredi cogie-
 bat. Videbatur autē breuiissimu tempore eius

obſidio: ſpatiumq; eōſilij ſeditioſis eſſe dādum,
 ſi quid diſturbatione ſecundi muri aut famis
 meū remitterene: nec enim diutius eis pradas
 poſſe ſufficere: ipſe otio cōmodē uiebatur. Nam
 cūm dies adueniſſet, quo militibus oporebat
 alimēta diſtribui, in cōſpicuo hoſtibus loco du-
 etis, iuſſit duces ordinato exercitu pecuniā ſin-
 gulis numerare. Illi autē prolatis armis ex inno-
 lucris muniti procedūt, equitibus ornatos equos
 ducētibus: locaq; ſuburbana per mulū ſpatium
 auro argētoq; lucebant. Illo autē ſpectaculo ni-
 hil aut iucundius ſuis, aut horribilius hoſtibus
 uidebatur. Speculantibus enim & uetera plena
 erant mœnia, & ſeptentrionalis regio: quin &
 domos refertas intuētibus cerneret, nullamq; ci-
 uitatis pariē quā non infusa muliudo regebat.
 Metus autem, quamvis audaciſſimos, ceperat,
 omnē ſimul exercitū armorūq; pulchritudinem
 conſpiciētes, & ordinationē uirorū. Et fortasse
 ad illā ſpeciem ſeditioſi animos mutauiffent, niſi
 malorū immanitate, qua in populu cōmiferant,
 dandā ſibi ueniam à Romanis desperaffere: im-
 minencie autē, ſi deſtitiffent, morte ſupplicij, bello
 mori präſtabilius eſſe ducebat. Prauelebat etiā
 fatū, quod innocētes cum nocētibus, & ciuita-
 tem cū ſeditioſis perire decreuerat. Quatriduo
 per ſingulas legiones alimēta conſecuti ſunt.
 Quinto autē die, cūm omnia faciens Titus, nihil
 Iudeos pacatiū cogitare ſenſiſſet, bifariam diuifo
 exer

exercitu. Antoniam uersus ad Ioannis monumen-
 tum aggeres inchoauit: ista pars superio-
 rem ciuitatem captum iri cogitans. & per An-
 toniam cibulum, namq; hoc nisi cepisset, ne oppi-
 dum quidem ciuitatum eras obtinere. In ueraq; au-
 sem parte duo aggeres erigebantur, à singulis le-
 gionibus singuli. Et iuxia monumentū quidens
 operantes, à Iudeis & Simonis socijs infestanti-
 bus prohibebantur: ad Antoniam uero ab Iocu-
 sis socijs cum multitudine Zelotarū: non solum
 quia de superiori loco pugnabant, uerum etiam
 quia machinis iam uti didicerat: pugnauit enim
 ius quotidianus aluic peritū. Habebam autem
 balistas trecentas, & quadraginta torneta saxo-
 rum, quibus difficiliorē aggerū extreūctionē Ro-
 manis efficiebāt. Titus autem sibi saluam fore for-
 tunā sciens, et periculū esse ciuitatē, una & ob-
 sidioni uehem̄ter instabat: nec paenitūdinē Iu-
 deis suadere cessabat: consiliūq; factis admiscēs,
 & orationē sape armis efficaciorē cognoscens,
 eam ipso ut saluari uellent rogabat, tradita sibi
 ciuitate, que iam capta uidetur, quam & Iosephū allegabat, patria lingua uerba facturum,
 speras eos hominis genitilis monitu aliquid remis-
 furos. Itaq; Iosephus murum circumiens, simulq;
 extra teli iactū stans, unde exaudiri facilius pos-
 set, multis orabat, ut sibi ac populo pareceret, tem-
 ple ac patria, nēne cōtra hac fierent alienigenis
 duriores. Romanos enim sancti revereri, cum
 quibus

quibus nulla sibi societas esset, manusque suas ad
hoc usq; cohibere. ipsos uero in his edoclos, cum
fernare possent, sponte ad eorum interium ruere:
quin potius uidarent muros cocidisse firmiores,
excisis uero infirmiores superesse: Romanorumq;
vires cognoscere sustinere non posse, hisq; fer-
nire non esse nonum, neq; inexpertum Iudeis. Nam
licee pulchrū sis pro libertate pugnare, tamen id
in principio decere fieri: semel autē subditū, quā
mulso tempore paruisse imperio, ingū excutien-
tem, male mortis cupidum, non liberatis amato-
rem uideri. Debere autē dignari dominos hu-
miliores, non quoram in potestate sunt omnia.
Nam quid Romanos effugisse, nisi quod propter
astus aut frigora esset inuicile? immo uero trans-
isse ad eos uadiq; fortunam, Deumq; per singu-
las nationes ducenē imperium, nunc esse in Ita-
lia. Hanc autē ualidissimam legem, iam feris be-
stias quam hominibus esse praeinitia. Potentiori-
bus cedere: apudq; eos esse uictoriam, apud quos
robur fuerit armorū. Idcirco etiam maiores co-
rum, quāquam mulcere ex animis ex corpori-
bus ex alijs subsidij meliores, cessisse Romanis:
quos nisi Deum scissent illis fauere, nunquam
perpesti fuissent. Ipsos uero qua tūre fretos re-
sistere, cum ex magna parte capta si ciuitas: ci-
ties autē etiam si muros integros haberent, exci-
dio pariter affecti sim. Nec enim latere Roma-
nos, qua famis teneas ciuitatē: ex modo quidem
consu-

consumi populum, cōtinuò uero etiā bellatores
 interituros: nam etiā Romani defierint, et ab ob-
 fidione cōfessauerint, neq; ciuitatē strīctis gladiis
 iuruerint, Iudei r̄amen inexpugnabile bellum
 inueni assidere, quod horis singulis alereatur: n̄isi
 forte contra famē quoq; arma caperent ac dimi-
 carent, soliq; possent etiam in foreniū superare.
 H̄is addebat, optimū esse ante intolerabilē cala-
 misatē mutare sententiam: dumq; licet, salu-
 tare consilium sequi. Nec enim antea gestorum
 causa succensere Romanos, n̄isi ad finē usq; insol-
 lentes essent: natura eos esse in imperio mansue-
 tos, atq; iracundie preferre quod uile est. Utile
 autem putare, neq; ciuitatē uacuam n̄irū, neq;
 deseriat habere provinciam: idcirco nelle impe-
 ratorē cum h̄is dexterā iungere: nec enim cui-
 quam salutē dariū si ni ceperit ciuitatem, pre-
 scribit q; nec in extremis ei cladibus rogati pa-
 ruerint. Breui autē mūrū quoq; tertium captiu-
 iri, priores qui capti sunt, fidē facere: ex quāvis
 perrūpi euamina non possint, famē pro Roma-
 niis pugnaturam. His monente Josephū muli in
 muro flantes uisuperabāt, muli uero connicij,
 nonnulli etiam iaculis appetebant. Ille autē cum
 manifestis eos calamitatibus minime flecteret,
 ad gentiles transi historias: O miseri, uocifer-
 rans, uelitorumq; auxiliatorū immemores, ar-
 mis ex manibus cum Romanis bellum geritis,
 quasi quē alium sic uicerimus. Quādo autē non

Dens

*Deus omniū conditor, Iudeorum defensor est,
si ledantur? Non resipiciis? Vnde progressi pu-
gnaris, quaneūq; auxiliatorē uiolatis? Non re-
cordamini opera diuina parentū, aeq; bunc san-
ctum locū, quanta bella nobis aliquando pere-
mis? Ego autem facta Dei narrare auribus in-
dignis horresco: sed tamen audite, ut cognosca-
tis nō solū nos Romanis, sed etiā Deo resistere.
Nechias, qui cum erat rex Aegyptiorū, idemq;
Pharao vocabatur, cum infinita manu descen-
dit, reginamq; Sarā materni nostri generis ra-
puit. Quid igitur mir eius Abraham pro avus
nostris? Armis credo ultius est iniuria? Atqui
ccc. c. x v i i i. praefectos habebat, quorum
singulis infinita muliendo parebat. An ipse
quidē quiescere maluit absente Deo? puras au-
tem manus ad hūc locū rendens, quē mos pollui-
stis, inuictū sibi auxiliatorē ad militiam legit?
Nōne secūda nispera incorrupta regina remissa
est ad maritū? Adorās autē quē nos gētili ca-
de cruciaflis locū, ac tremēs nocturnus somnījs
Aegyptius exagitatius ausugit, auroq; c. argento
amatissimos Deo donauit Hebreos. Di-
cā translata in Aegyptū maiorū nostrorū do-
micia. Quis cum annos quadringentos tyrānia
an regibus alienigenis subiacebent, armis ac ma-
nibus ulcisci possēt, semel ipsos Deo potius per-
mittere. Quis nescit Aegyptum repletā omni
genere serpentiū, omniq; morbo corruptā? Quis*

terram infructuosam? quis Nili defectionē, et
 cōtinuas decē plagas? Et ob hoc parētes nostros
 cū præsidio incrūentos, et sine periculo deduci,
 quos Deus sibi sacerdotes ducebat? An nō ab
 Assyriis raptā nobis sanctā artā, Palestina et
 Dagon simulacru gemuit, et tota gens quæ ra
 puerat? corruptis uero occulis corporū, ac per
 ea cū cibo uisceribus exhaustis, cymbalorū ac
 tympanorū sono manibus noxijs reportauerunt,
 sanctū placationibus expiantes? Deus erat qui
 hec parentibus administrabat, propterea quod
 omnes armis ac manibus, eius se iudicio permis
 sere. Rex Assyriorū Senacherib, cùm totā dñi
 tens Asiam ad hāc urbem castra posuisse, num
 manibꝫ humanis eecidit? nōnne ab armis quie
 scentes in uotis erant, et angelus Dei in una
 nocte infinitum delenit exercitū? posteroq; die
 excitatus Assyrius C. L. X. X. v. milia reperit
 mortuorū, nīq; ita cū reliquis Hebraeos incrmes,
 nec persequentes fugiebat? Scitis etiā in Babylone
 scrūtiū, ubi p annos L. X. X. populus exu
 lans, nō ante libertatiē recipit, quā eam Deo Cy
 rus donaret: qui eos etiā est prosecutus, iterūq;
 auxiliatori suo sacerdotū more seruiebant. Bre
 uiter dicā, nullum est opere preclūm quod armis
 parentes nostri fecerint, aut non sine armis Deo
 permitta potestate imperauerint. Domini autem
 manentes, ut placebat iudici superabant. Pu
 gnantes uero, semper de spe dec̄lerūt. Nā ubi
 rege

rege Babyloniorum urbē obsidente, cōtra Hieremias predicationem Sedechias rex noster cum eo cōgressus est, eam ipse capitus est, quā cū tēplo ciuitatē uidit excindi. Atqui uideē, quāto ille rex uestris ducibus, elusq; populus uobis erat moderatior. Deniq; Hieremiā uociferatē, iniūsos esse eos Deo propter delicta que in eum cōmiseraē, captū iri autem nisi traderet ciuitatē, neq; rex neq; populus interfecit. Sed nos (ueintus gesta praeermittā, neq; dignè possum ini-
guitates uestras exponere) me, qui uobis salutē suadeam, querimini, telisq; appetitis irati, quod uos uestrorū cōmonefacio peccatorū, nec dici ea toleratis, quorū quotidie facta cōmunitis. Idem
tunc fuit, cū Antiocho qui dictus est Epiphantes obsidente ciuitatē, multis modis offensa di-
uinitatē, maiores nostri cū armis progressi, ipsi quidē in pugna perēpti sunt, oppidum uero ab hostibus direptū est: sanctūq; per trienniū sexq; menses penitus desolatiū est. Et quid pluribus opus est? Ipsos Romanos quis contra Iudaorum gētes ad militiā provocauit? nonne indigenarū impietas? Unde scriuire coepimus? Nonne à se-
ditione maiorū, quādo Aristobuli & Hyrcani furor, & inter eos cōtentio. Pompeiū intulit ci-
uitati, & Romanis Deus in dignos libertate subiecit? Deniq; tres menses obfessi, quanquā nihil quale uos in sanctū legesq; deliquerat,
& maioribus ad bellum subsidys utebantur,

se se tradiderunt. Antigoni autem filii Aristobuli nescimus exitum? quo regnum obtinente, Deus iecrū capititate persequitur populam delinquentem. Et Herodes quidem Antipatri filius, Sosium ex Romanū adduxit exercitum: circundari uero per sex menses obsidebātur, do nec capti peccatorū suorū supplicia pepēderū: direptaq; est ab hostibus civitas. Ita nunquam genti arma data sunt. Oppugnacioni uero sine dubio coheret excidiū. Oportet ergo, ne opinor, sacri loci possessores iudicium Deo de omnibus permittere, manusq; tunc humanas consemne-
 re, cū à superno ipsi indice nō recedat. Nos autem quid ex his, que legis conditor bene dixit, egis-
 sis? Quid, quod is execratus est, praeferimus isti?
 Quanū autem illos, qui cito perire, impietate su
 perasti? nā oculia dignat̄es peccata, hoc est
 fiera, insidiasq; aeq; adulteria, rapinis, cedibus
 certatis, uonasq; maleficiorū excogitasti uias.
 Sanctū uero sc̄plū, factū est omniū recepaculū:
 Ex indigenarū manibus pollutus est locus, quē
 Romani ex tam longinquo adorabāt, multa per
 legē nostrā de suis moribus derogantes. Deinde
 post hac in quem fuisti impī, hunc auxiliatore
 sperauis? Valde quidē inisti estis, supplices, pu-
 risq; manibus adiutorē uestrū rogatis? Talibus
 rex noster precibus aduersum Assyrium sup-
 plicauit, cūm magnum illum exercitum Deus
 una nocte prostrans? Similia uero Assyriis
 Rom

Romanī cōmūtunt, ut etiā simile ulione sper-
eis. Nā ille quidem ab rege nostro accepta pecu-
nia, ut uastitari parceret ciuitati, negleḡlo in-
reuirando ad incendiū tēpli descendit: Romanī
autē solenne poscunt tributū, quod parentes no-
stri eorū parentibus pensabant. Et si hoc impe-
trauerint, neq; populantur ciuitatē, neq; sancta
omnino tangunt. Cōcedunt autē nobis familias
liberas & possessiones tenere, sacrasq; leges sal-
vas manere patiuntur. Insania est profecto, spe-
rare Deum talē circa iustos fore, qualis iniustis
apparuit: praeſerium qui statim uicisci nouerit
enī oportet. Deniq; Assyrios prima nocte, qua
caſtra ciuitati admouerat, fregit. Quod si etiam
uestrā progeniē liberaret, Romanos uero dignos
pœna iudicaret, conſestim eis illo tempore ſicue
Assyrijs iraſceretur, quo genti manus Popelius
auulit, quo post illum Sosius ascendit, quo Ga-
lilaam Vespasianus excidit, poſtemō non nunc
Titus ciuitati appropinquaret. Sed neq; Ma-
gnus, neq; Sosius quicquā paſſi sunt, & ciuita-
tem uictoria ceperū. Vespasianus autē ex bello
quod nobiscum gessit, etiam imperium adeptus
eft. Nam Tito quidē etiam fonees nunc uberio-
res proſluunt, qui prius nobis armerant. Deniq;
autē eius aduentum ſciit & Siloam & omnes
extra ciuitatē fonees adeo defeciffe, ut ad uerūq;
aqua mercaretur: nunc autem ita hoſtilibus no-
ſtris largi ſunt, ut nō modo iipſis et iumentis co-

rum, sed etiam horeis sufficiant. Deniq; huic
 prodigiū & ante periculū factum est in excidio
 ciuitatis, quādo supra memoratus Babylonia
 rex cum exercitu aduenit, qui & capiā ciui-
 tate incendit & templū: quāvis ne opinor nūnil
 tunc illi tantū, quātū uos impie nūne, cōmisif-
 sent. Itaq; sanctis relictis, Deum fugisse puta-
 uerim: hisq; nūne adesse, quibus cūm bellum
 geritis. An bonus quidē nūr domū flagitosam
 fugiet, & domesticos odrat: Deum nero malis
 nefris inherere arbitramini, qui etiam occulas
 conspicit, & audie omnia que tacentur? Quid
 autē apud uos taceatur? quid celatur? quid non
 etiā inimicis planū factū est? Iniquitates enim
 nostra uelut in proprio nemine latente: inq; dies
 singulos, qui peior sit, certamē habetis, atq; ita
 nequitia, ut uirtutem demonstrare contenditis.
 Per ruram tamen reliqua salutis uia est, si uelis, &
 diuinitas confisis ac pœnitētibus solet se plā-
 cabilis offerre. Arma projcite, pudeat nos pa-
 tria iam dirus: conuertere oculos, & aspicere
 eius quā prodīis pulchritudinem, quale oppi-
 dum, quale templorem, quam mulierum geniū
 munera. Quis in hec flāmas adducit? quis hec
 iam non esse desiderat? Et quid est hoc quod
 saluū esse debeat dignius? ô duri & lapidibus
 stupidiōres. Si hec nō ucrie luminibus cerniāt,
 salicē familiarū nefrarū miseremini. Versenent
 in cōspectu cuiusq; filij, cōuges, & parētes, quos
 paulo

pauci post aut bellum aut famem absuonperserit.
Sed et quia una cū his periclitabitur militi mater
et coniunct, et familia non ignobilis, domusq;
olim clarissima. Et fortasse propter ea me quisq;
hac suadere crediderit. Interficide illos, accipite
mercedē salutis uestra sanguinem meum. Ipse
quoq; mori paratus sum, si post me resipiscitis.

Hac Iosepho nociferare cū lacrymis, sedisso
quidē neq; animos flexerūt, neq; tuā sibi mu
tationē forte iudicauerūt. Populus vero ad pro
fugiendū cōmorue est, et ali⁹ possessionibus suis,
ali⁹ rebus charissimis. exiguo pretio uenūdūtis,
aureos, ne latrones eos deprehederet, atq; pluitie
baberquū uero ad Romanos elapsi fuissent, exo
ntrato uenire habebant usui necessaria. Tunc
enim plerosq; per agros, quō uelice quisq; per
gere, dimittebat: idq; magis eos ad perfugium
mortabatur, q; et inestimis malis carebant, nec
Romanis ferriebat. Ioānes autē et Simon cum
socijs, ne his magis patueret iuxta, quā Romanis
adieus, obstruebant: q; qui uel umbrā suspicio
nis dedisset, cōtinuò occabatur. Diuīoribus qui
dem manere erāt sicut profugere, par causa erat
perendi: nam quasi transfuzere uoluisse, pro
per patrimoniu⁹ quisq; occidebatur. Cū fame au
tem crescebat desperatio seditionorū, et in dies
singulos utrūq; malū amplius accendebatur. Et
palam quidē nulla erant frumenta, irrumptētes
autē ferre abeatur donos. Et si quidē inueniſſene
H h 4 aliq

aliquid, eos qui negauerant uerberabat: si uero
 nihil inuenissent, quasi diligentius uelutissime,
 tormentis itidē afficiebant. Habēdi autē argu-
 mento erāt corpora miserorū, cūm ea qua solidis
 uiribus strācti, abundare cibo puraretur. Tabi-
 di autē trāfigebātur: nec rationis esse uideba-
 tur, statim famē morituros occidere, multi uero
 clam uniuersa bona sua uno frumenti modio,
 qui ditiones essent, iucmq; pauperes ordei per-
 mutarunt. Inclusi deinde insimis adiuvū rectis,
 quidā summa penuria infectū erūcū comedē-
 bant: panē alijs cōficiebāt, ut necessitas meruoq;
 monuisset. Et mensa quidē nusquā apponeba-
 tur, si d' incoctū subtrahentes igni cibū diripe-
 bāt. Misericordia autē erat nictus, dignūq; lacry-
 mi, spectaculū, cūm poteriores quidē plus ha-
 berent, infirmiores autem iniuriā deplorarent,
 quippe cū famē super omnes clades haberetur.
 Nihil enim sic perdit hominē ut pudor: nam
 quod reverentia dignū est, in fame negligitur.
 Deniq; uxores uirus, et filij parentibus, et quod
 miserrimū, matres cibū infansibus ex ipso ore
 rapiebant: et marcescentibus inter manus che-
 risimis nemo parceret, quoniam uita guttas aufer-
 ret. Edentes uero talia non latebant, sed ubiq;
 aderant qui ista diriperent. Nam sicuti clau-
 sam domum uidissent, eos qui incus erant, cibis
 capere hoc suspicabantur indicio: statimq; ri-
 piui foribus irruerant, uelutq; iam coniunctum
 dens

dentibus, ex giture penè renocabāt, ipsas san-
 cibus strangulantes. Pulsabantur autē senes ne-
 cibū defendente: lacerabātur mulieres, ea qua-
 haberent in manibus occulentes: nullaq; mes-
 ratio uel cani erat capitis, uel infantia: sed ab-
 stractos pueros & ex buccella pendentes, humo
 allidebant. Si quis autē incurrentes anteuuenis-
 set, quodq; rapturn fuerant devorasse, tanquam
 lesi cruentiores erant. Acerbisimos autē cru-
 ciatus excogitabāt, dūmodo alimēta reperiret;
 nunc extinciones genitalium uias, nunc uirgine-
 acuis podices trāfigendo. horrendaq; eiā an-
 distu quis pariebat: in unius patris cōfessionē,
 & ut unū pugnū saring abdicū indicaret. Tor-
 pores autē nec esuriebāt (minus enim crudele uī-
 dererunt, quod necessitas impetraret) exercentes
 autē dementiā suā, seq; sibi dierū commeasum
 praporātes, hiūq; occurrentes, qui per Romano-
 rum custodias agrestis oleris herbarūq; grācia
 colligendarū nocte etrepissent, cū iam se hostes
 euāsiſſe credebāt, que attulissent eripiebāt: mul-
 sumq; supplicansib; & horribile Dei nomen
 implorantibus, ut aliquā partem sibi cōcederet
 eorū, que cū pericula sibi collegissent, nihil pe-
 nitius dabāt: gratumq; uidebatur, si spoliati nō
 perirent. Hec quidē humiliores a satellitib; ue-
 pariebantur. Honorati uero ac dinites ad tyrā-
 nos perducebantur, quorum ali⁹ infideliū falso
 accusati occidebantur, ali⁹ quia Romanis pro-

derēt cīnitatem. Et plerūq; delator subornat
eum indicabat, quod profugere notissime. Si nō
vō qāē Simon expilasset, eum ad Ioannē remis-
tebat: Cū quē Ioannes expoliasset, eum Simon
excipiebat: sibiq; innicem propinabat sanguini-
nem popularium, miscrorumq; cadaverā par-
tiebantur. Et dominandi quidem causa erat in
nroq; dissensio scelerum nroū concordia. Nam
qui ex alienis malis parte alteri, sibi tolunt nec
dicens, non dedisset, nequissimus videbatur. Et
qui non accepisset, nclue boni alienius dāmno
doletbat, quia crudelitatis parte caruisset. Simu-
gillatum quidem iniquitates eorū expliquare nō
poero: ut autem breviter dicam, neq; aliam ci-
nitatem unquā talia perpeccam puto, neq; ullam
marionem post hominū memoria malicia feroci-
orem fuisse. Postremo etiā gentes Hebreorum
malē dicebāt, ut gōnus impy niderentur in alie-
nos. Verumne amē, quod erant. Cū seruos se, qāē
cōutnas Cū degeneris gentis abortiones esse cō-
fessi sunt. Deniq; cīnitatem ipsi evicerere, qāē Ro-
manos iniitos hanc tristē admisit uictoriā
coēpēre: iardnūq; venientem in templum ignē
pene iraxere. Deniq; cū hī ardere superio-
rem cīnitatem nidiſſent, neq; dolere, neq; illa-
trymauerē: sed apud Romanos qui hac patere-
tur inueniuntur. Verūm hec quidem suo loco
postea cum rerum documentis dicemus.

De Iudeis crucifixis & aggribus cōbusis. C. XII.

Tuo autem aggredes proficiebas, quānis à
 muro milites male afficerētur: parte uero
 equitatus missa, iussit per ualles ad alimēta cō-
 portianda exēncibus insidias tendi. Erant autē
 in his nō nulli etiā pugnatores, quibus iam mā-
 nime prædī sufficeret: maior uero pars ex po-
 pulo pauperes, quos profugere deterrebat pro
 affectibus suis metus: nec clam enim sediūs
 fieri posse sperabant, ut cū cōiungib⁹ ac liberis
 diffugerent: eosq; lauronibus relinquere nō pa-
 siebantur uite sue ingulādos. Indaciores au-
 tem faciebat ad excundū famēs, restabatq; iam
 latitantes egressi, q̄ ab hostib⁹ capi. Depre-
 hensi autem necessitate repugnabāt, mētu sup-
 plicij: seroq; uidebantur supplicare: post pugnā
 itaq; uerberati, q̄ ante mortē modis omnibus
 excruciat⁹, contra murū cruci suffigebātur. Tito
 quidē miserabilis uidebatur ista calamitas, cū
 Iudei in dies singulos quingenti, nonnunquam
 eisiam plures caperētur. Sed neq; captoſ dimit-
 tere surum erat, tantaq; afferuare multitudinē
 custodum uidebat esse custodiā: maxime uero
 propterea nō prohibuit, citius eos existimāſ ea
 facie remissuros, tanquā similia passuros, nisi se
 dedidissent. Milites autē diuersis modis suffige-
 bant, ita q̄ odio q̄ ludibri⁹ causa: q̄ proper
 multitudinē quā cepissent, iam spatiis crucibus
 deccret⁹, q̄ corporib⁹ crucēs. Seditionis uero
 canunt defūit, ne ea clade monerentur; quod
 etiam

etiam in contrariū eis cessit, ad deterrendam re-
 liquā multitudinē. Transfugarū enim familia-
 ribus ad murū tractis, & si qui erāt populariū
 priores ad pacē, & que patrētūr qui ad Ro-
 manos profugeret, demonstrabat: & qui cōpre-
 hensi tenebantur, eos supplices nō captiuos esse
 dicebant. Ea res mulios persugere cupientium,
 donec uerū cognoscetur inhibuit. Fuerūt autē
 qui statim dilapsi sunt, quasi ad uerū suppliciū
 properantes. Illata enim ab hostibus moriē, cō-
 paratione famis requiem esse ducebant. Multis
 autē captiuorū Titus etiā manus abscindi pre-
 cepit, eosq; ad Ioannē & Simonē intronis, ut
 propter calamitatē nec uiderentur profugi, nec
 crederentur: saltē nunc desineret admonēs, nēne
 se cōpellent ad excidiū ciuitatis: sed lucraren-
 tur in extremis mutata volumata. & proprias
 animas, & patriā tantā & templū, cuius paris-
 cipem non habebant: simul autem aggeres cir-
 cūndo, operantes urgebat, ueluti factis uerba
 non multo post secuerus. Ad hac in muri
 stantes, & ipsi Casari, & patri eius maledic-
 bant: moriētū; se cōcūmire clamabant, tamq;
 seruienti rectē preferre: malita uero mala Ro-
 manis facere dum sperant, nec sē nec patrīam
 currantes, ut ipse diceret, perituros: munduonq;
 Deo templū hoc melius esse: quamuis & id ser-
 uaueris si qui incoleres: quem ipsos quoq; au-
 xiliatorem habentes, omnibus incertimatiōnē-
 bus

bus illusuros: quibus facta nō adfore: finē enim
 Dei esse. Talia cōnitūs admīscētes uocis eraban-
 tur. Et iner hac Antioch' quoq; aderat Epiphanes, mulieros alios armatos secum dicens. Et
 præterea cæsterna suspirans qui Macedones ap-
 pella baneur, omnes acate pares. Et paulo maiu-
 riores adolescentibus, more Macedonū instru-
 eli armis Et erudit: unde etiā nomen habebat.
 pleriq; tamē famā genie aquare non poterant.
 Omnium enim regū qui Romanis parebant, fe-
 licissimū Comagenū fieri coniigit, prius quā for-
 tunā mutaretur. Ostendit autē ille quoq; in se-
 uelta etate, nullū anime mortis beatū dici oportet.
 re. Cæterū filius eius adhuc eo uigenie presen-
 se mirari aiebat, quidnam esset, quod Romanos
 adire pīgebat muros: erat enim bellator ipse na-
 turaq; prompissimus, sāuoq; uiribus, ut mulier
 peccaret audacia. Cū uero Titus ad hoc subri-
 sisse, liboremq; cōmūne esse dixisset, sicut erat.
 Antiochus cū Macedonibus in murū imperiū
 fecit: Et ipse quidem pro uiribus suis ac pericula
 canebat cīla Iudeorū, sagittis eos apperat: ado-
 lessentes autē omnes praser, paucos aeriti sume-
 Nam pudore promissionis diuinā pugna cer-
 tauerunt, Et ad extremitū mulier fanciū recessere:
 hoc reputates, q; etiā uiris Macedonibus in-
 cere cupiensibus, fortuna opus sic Alexandi-
 A Romanis enim duodecimo die mensis Maii
 aggeres inchoati, uix nono et uigesima perfecta
 sunt.

sum; cum totos dies sepiē et decē laborassent:
 ingentes enim quatuor iacti sunt: unus qui-
 dem, qui erat ad Antoniam, et à quinta le-
 gione fuerat exirctus, contra mediū flagnum,
 quod Siruthium vocatur: alter uero à duode-
 cima uirginis cubitis distans. Decima uero le-
 gio, que supra memoratis prestat, in septenario-
 nali parte opus erexerat, ubi stapanum est quod
 appellatur Amygdalon. Ab hoc autē quin-
 eadecima legio triginta discedētem cubitis ag-
 gerem fecit ad pontificis monumentū. Iam uero
 admotis aggeribus, Ioannes sub fossa intus terra
 usq; ad aggeres Antoniā uersus, dispositis per
 tuniculū sudibus, opera suspēdit: illataq; sylva
 pice ac biennane illita, ignem immisit: successis
 autē fulcimentis, fossa repente subfedit, cumq;
 magno sonitu in eam aggeres decidere: ac pri-
 mō quidē cum puluere fumus ex alto excitatus
 est, cū ignē ruina cōcluderet: peresa uero mate-
 ria qua premebatur, flāma iam clarior appare-
 bat. Et Romanos repentinj quidem facti stupor
 occidit: molitionē uero Indeiorū agrè ferebās,
 iamq; se nūcisse crēdentiū et spes eo casu refri-
 xit: et in posterū subuenire aduersus ignē mi-
 tius utile videbatur, etiam si esset extinctus se-
 mel aggeribus denuoratis. Biduo uero post, alios
 etiam aggeres sinton cū socijs aggreditur: illa
 enim parte Romani admotis arietibus cōcutere
 murum cooperant. Tephichaus autē quidam ex

Garsi.

*Garſi ortus, ciuitate Galilea, & Megassarus
ex regalibus famulis Mariamnes, cumq; hiſ
Adiabenus quidā filius Nabatai, nomē habēs
ex fortuna Agiras, cuius eſt interpretatio clan-
duſ, rapiſ ſacib⁹ in machinas etolarunt: hiſq;
uiris neq; audaciōres in illo bello extra ciuita-
tem apparuere, neq; magis horrendi: nam uelut
in amicos, non in agmen hoſtium excurrere,
nihil cunctati ſunt aut ſubſtitere: ſed per me-
dios inimicos facto impetu, machinas incēdere.
Naſti autem miſſilibus, & gladiis detruſi, non
prius à périculo demoiſi ſunt, quā ignis inſtru-
menta corriperet. Sublata uero iam flamma, Rō
mani quidem eōcūrreſ eā caſtris, auxilio pro-
perabant: Iudei uero ex muro eos prohibebant,
manuq; eū hiſ cōſcrebant, qui flamas extin-
guere concurentur, proprijs corporibus nullo mo-
do parcentes. Et illi quidē arietes igni ſubira-
here, cūm eorū tegmina cremarenur: Iudei ue-
ro etiā per flamas eos retinere certabant: &
quānis feruens naſti eſſent ferrum, tamē arie-
tes nō anuſere. Hinc autē flāma transiſt in ag-
geres: & auxiliatrices praeueniebat incendium.
Itaq; Romani flamma circūdati, quoniā ſeruare
poſſe opera deſperabant, in caſtra diſcedāti. Iu-
dei uero magis inſtabāti, cū ſemper eorū nume-
rus eṛeſceret, ex ciuitate accedentibus adiuue-
runt, minuſq; cautos haberent impetus, freti ui-
ctoria: progressi autem uſq; ad munimenta ca-
ſtorum*

frorum pratio cum eorum custodibus decer-
 tabant. Est enim statio pro castis per mices sua
 cedentium armatorum. Et acerbissima in eos fan-
 tio Romanorum, ut qui loco de qualibet causa
 cessisset, occidetur: hi poenali exitio gloriofa
 morte prelata, superunt fortius eorumque; nece-
 sitate simul ac pudore, plurimi fugientium redie-
 runt: ballistisque in muro dispositis, ex cimitate
 accedentes multitudinem prohibebant, nihil pro
 cautione sine trahamine suorum corporum prouis-
 dentem. nam quoscunq; abuios habuissent, cum
 his congregabatur Iudei: Et in spicula irren-
 tes incaute, ipsis corporibus inimicos scriebant.
 Sed neque hi aetis magis quam fiducia superabant,
 Et Romani plus audacia quam quod male tractarentur, cedebant. Iam uero Tiberius aderat ab
 Antonia, quo secesserat, lucum alijs aggeribus
 prospiciens: multi uonq; increparis milibus, si
 cum hostium muros obtinerent, in suis pericli-
 tarentur, Et uelut ex carcere contra se dimisi
 Iudeis, obfessorum paternentur ipsi fortunam, ipse cu
 electis milibus hostes a lauore circumuenit, illi
 aque cu in ora ferirentur, contra eum conuersi
 durabant: mixta uero acie, puluis quidem lu-
 mina, clamor uero auris exuperabat, neque ante
 opicum quisquam internoscere poterat aut ini-
 wicum. Iudeis autem non tam mirium fiducia,
 quamque salueis desperatione perseneratibus, etiam
 Romanos pudor armorum Et gloria et presen-
 tia

ria periclitantis Cesaris reddidit fortiores. Itaq;
putauerim eos ad extremum nimia ferocitate
anmorū, uel totā muleitudinē Iudeorū fuisse ra-
piros, nisi praeuenio pugna momēto, in ciuitatē
se recepissent. Corruptis autē aggeribus Romanis
maerore tenebantur, quod tam longū laborem
una hora perdidcre, & mulei quidē solueis ma-
chinis caprum iri ciuitatem iam desperabant.

De muro extinto ab exercitu Romano circum
Hierosolymam triduo. CAP. XIII.

Tlus autē cū ducibus quid fieret delibe-
rabat. Et callidioribus quidē placebat,
omni admoto milite ui muros experiri: adhuc
enim Iudeos cū exercitus parte dimicasse, uni-
uersi uero militis imperium tolerare non posse.
uerū sagittis esse obruendos. Prudentiores au-
tem rursus agores fieri suadebant: aliij & sine
aggeribus assideri, egressus eorū tantummodo
obseruando, ac ne uictus in iro ferretur mone-
bant, & ciuitatē fami relinquere, neq; cū hoste
manu configere: nec enim expugnari eorum
confidenciam posse, quibus opacū est ferro pro-
cumbere, uel etiam sine hoc interficere, qua sa-
nior est cupiditas. Ipsi autem Tito, cessare quidē
prorsus tanto cū exercitu, honestū non videba-
tur: & pugnare cum his supernacum, qui se-
metipso perdiueri essent. Agores autem fieri,
impēdiorū penuria operosum indicabat, eges-
sus uero ciuitatis obseruari, operosissimus. Nec enim

circundari eam propter magnitudinem locorumque
 difficultatem, ab exercitu posse, & praterea ad
 excusas incavum: contra manifestam enim viam
 obseruata, occultas vias excogitavros Iudeos,
 tam necessitate quam locorum scientia. Si quid
 autem claram esse illatum, divinus obsidionem tra-
 bendum, uerendumque, ne uictoria gloriam dimi-
 nuat reporis longitudo. Hoc enim cuncta quidem
 effici posse, sed celeritate ante gloriam duci: de-
 bere tam, si celeritate uiri uelit & caurione, zo-
 tan muro cingere ciuitatem. Hoc enim modo o-
 nes exitus posse pracludi: & Iudeos aut o-
 nibus modis salute desperata, ciuitatem tradi-
 turos, aut fame uictos facillime capiendos: aliter
 enim se non posse quiescere. Verum & ageres
 curaturum esse, cum infirmiores habeat qui pro-
 hibent, Quod si cuiquam magnum opus & inex-
 tricabile uideatur, eum considerare debere, quod
 neque parvum opus Romanos decebat facere: &
 fine labore magnum quid perficere, ne Deo quidem
 facile sit. His dictis duces exhoreatus, iubet eos
 exercitus in opera distribuere. Divinus autem
 quidam imperius milieibus incidit: ambitumque
 pareisti, non solum rectores inter se, uerum ipsi
 etiam ordines cerebant. Et miles quidem de-
 cadarcho, decadarchus autem hecatonarcho, isque
 chiliarcho placere properabat: chiliarchorum
 uero ostentatio, ad duces usque perirebat, ducum
 uero ceramina Cesar ipse diuidicabat. In dies

enim

enim singulos circuiens, opus sapissime inspiciebat. Cœpium enim à castris Assyriorum, ubi ipse tendebat, ad inferiorē Cenopolim murum duxit. Hinc per Cedronē ad Eleōn montē reuerens, à meridie monicem cōpleteatur, usq; ad sāxum quod Peristereonos vocatur, eiq; proximū collem, qui super uallē imminet Siloam, ac inde ad occidente flexo adficio, ad uallē fontis descendit. Hinc subiens ad Annī pontificis monumentum circundato monte, ubi Pompeius castra posuerat, ad septentrionalem redit regionem. Et cum præcessisset ad uicū, cui nomen est Erebinihonius, post illum Hierodis monumentū ab oriente clausum castris suis coniunxit, unde coepérat. Murus quidem uno mētus x l. stadiorum erat. Ad hoc autem foris castella tredecim adficata sunt: eorum gyrus denis stadijs numerabatur. Totum autem opus triduo constructum est, ne id quidem dignum mensibus uideretur celeritas nero fide careret. Muro autem circunclusa ciuitate, per castella custodibus collocatis, primam quidem uigiliam noctis ipse circuiens explorabat: secundam uero Alexandro permisera: teritia nero obtigit legionum duobas. Stimos autem uigiles inter se sortiebantur, totaq; nocte per castellorum spatiā circuibant.

De fame Hierosolymorum & secundo aggere
extructo.

C A P . X I I I L

Iudaeis autem cum exundi facultate, omnis
 essetiam spes salutis adempta est: auctaq; iam
 famae, totas domos ac familias depascabantur.
 Et ecclesia quidem plena erant mulieribus exeni-
 tibus, atq; infantibus: viarum autem angustia
 senibus mortuis. Adolescentes autem ac iuue-
 nes turgidi, uelut umbra mortuorum, per forae
 uersabantur: & ubi quem casus occupauerat,
 decidebant. Sepelire autem funera, neq; pore-
 rant pra labore, & eos quibus aliqua uis su-
 pererat, pigebat, & propter multitudinem mor-
 tuorum, & quod de ipsis erat incertum. Deniq;
 super eos quos sepelierant, multi moriebantur.
 Multi autem ad sepulcra, priusquam fati dies
 ueniret, & uini properabat: neq; lucius in illis
 calamitatibus, neq; flatus erat, sed fame supera-
 bantur off. Elus. Siccis autem oculis, & corru-
 pris oribus, qui cardines morerentur, eos qui au-
 te se requiescerent, tuebantur. Alium uero fr-
 lentium ciuitatem, plenaq; moribus nox cōpre-
 henderat, & larrones his acerbiores: domos
 enim, qua ium sepulcra erant, & cadavera spo-
 liabant, & uelamina corporibus detrahentes,
 cum risu egrediebantur, hisq; gladiorum mu-
 crones probabant: nonnullosq; iacentium adhuc
 spirantes, ferro experiendi causa transuerbera-
 bant. Si quis autem manum rogasset aut ferrum
 sibi commodari, quo famam evaderet, superbis-
 simè negligebantur. Animas uero efflanciunt
 quisq;

quisq; in morte templi obenib; inueniebatur,
 cùm uiuos relinqueret seduicatos. Ille autē, pri-
 mō quidem sumptu publico inbebant mortuos
 sepeliri, cùm fxiorem ferre non possent: deinde
 quod non sufficiebāt, in ualles eos ex muro pra-
 cipitabant. Quas circuiens Titus ubi plena ca-
 daveribus uidis, aliamq; saniem tabescētis cor-
 poribus desuentem, ingenuit: & extensis ma-
 nibus Deum testabatur, factum illud suum
 non esse. Ciuitas quidē na cræ affecta. Romani
 nero, cùm iam nemo seditiosorum auderet ex-
 currere (nam etiam eos moror, famesq; tan-
 gebat) dies Letos agebant: frumentū, aliarumq; re-
 rum necessariarum habentes copiam de Syria
 proximi: q; provincijs: muli autē iuxta murum
 stantes, magnamq; alimentorum abundantiam
 demonstrantes, satietate sui famē hostiū incen-
 debant. Seditionis autem nihil magis calamità
 ecedentibus, Titus reliquias populi misera-
 eus, & properans saltem hoc liberare quod su-
 perest, uicuum aggères inchoabat, quanquā dif-
 ficulter maius am reperiret: omnes enim ciuita-
 ti proximas sylvas, opera prima consumpserāt:
 à nonagesimo nero statio milites alias cōgere-
 bant, & ad Antoniam solam ex quatuor par-
 sibus, maiores prioribus aggères struebantur.
 Caesar autem agmina circuitens, atque opus ur-
 gens, quod in manibus eos haberet laeronibus
 ostendebat. Sed illus pœnitendo planè perierat,

*C*o animis ac corporibus separati, utrisq; uelue alienis uebanteur. Nec enim uel animas affectio mansuetia, uel corpora dolor tangebat, qui etiam mortuam plebem, quasi canes lacerabans, replebantq; languentibus carcerem.

De cæ de Iudeorum intra & extra Hierosolymam.
CAP. XV.

DEniq; Simon Matthiā, per quē obtinuerat ciuitatē, excrucia uim perenuit. Boethi filius erat, ex pœnibus populo maximè fideliis & charis. Is, cū à Zelotis male populus tractaret, quibus iam Ioānes accosserat, ni adiuorē Simonē recipere, populo persuasi: nulla cum eō prius habita pactione, nec aliquid mali metuēs. Ingressus autē ille, postquam obtinuit ciuitatem inimicū cum aque aeq; alias esse dicebat, q; pro se cōsiliū dederat, uelue hoc simplicitate suā sifset: productūq; cum & accusāū, quod cū Romanis sciret, morte dānauit, ne purgationis quidē ei facultate concessa, cum tribus filiis suis quatuor, enim ad Titū ante profugerat. Prius autē se occidi, quā filios obsecrare, aq; hāc pro illa, quod ciuitatē ei aperniasset, grātiā postulari, ut augeter eius dolorem, nouissimū iussi intensiā ille quidem super casos in conspectu suo filios ingulasur, corā Romanis productus: ita enim Simon, Anano Bamadi filio præcepserat, qui erat eius satellitū crudelissimus, canillarius si quid cū inuarent, ad quos exire valuisse: corpora utrā se peliri

peliri prohibuit. Post hos Ananias quidā, poni-
 sis ex filio Masbali, nobilis, et scriba curia, mir
 foreis, ex Ammanie genus ducēs, et cum his
 quindecim ex populo clariores necantur. Iosephi
 uero patrē cōclusum afferuabāt, missaq; prae-
 ce denuntiāt, ne quis in ciuitate degentium uel
 colloqueretur cū eo, uel in unū ueniret, proditio-
 nis metu proposuo: et eos qui hac cū illo defle-
 vent, ante questionē perimebant. Ista uidēs qui-
 dā Iudas filius Iuda, unus ex numero preficto-
 rū Simonis, qui surrim ab eo sibi creditā custo-
 diebat, forasse quidē non nihil etiā misericordia
 crudeliter pereuntrum, magis autē sui prouiden-
 tia, cōuocatis decem fidissimis contuberniis:
 Quousq; tandem, inquit, hac mala sustinebitus?
 quam uerū salutis spem habemus, seruantes p̄fici-
 mo fidem? Ecce iam fames oppugnat, Romani uer-
 o penè ineus sunt, Simon autem bene quoq; me-
 ritis infidelis est: metusq; etiā apud eū p̄ena, et
 apud Romanos cerea fæderis dextera. Ergo age,
 tradito muro et nosmet seruemus et ciuitatē.
 Nihil autem graue Simon patietur, si cūm de se
 desperauerit, p̄cas citius pendet. His ubi de-
 cem assensu fane, mane cateros quos subiectos
 habebat, per dimidium dimittit, ne quid eo-
 rum qua cogitauerat proderetur: ipse uero de
 curri hora cetera Romanos inuocabat: illorum
 autem alijs pra superbia contemnebant, alijs non
 eredebant, alios etiam pigebat, uelut mox

capuros ciuitatem nullo periculo. Interea uero
 cum Titus ad murum cum armatis succederet,
 ante rem Simon cognovis, currimq; velociter oc-
 cupas, Romanisq; eos inspectanibus custodes
 peremur. Et per murū proiecit corpora mortuo-
 rum. Ibiq; circumiens Josephus (nec enim rogare
 cessabat) caput vulneratur lapide, statimq; astro-
 nius cadiit. Excursus autē ad eius easum factus
 est Iudeorū, abrepueq; esset in ciuitate, nisi Ce-
 sar misisset qui cum protegerent. Illis autē pu-
 gnancibus, Josephus quidem tollitur, parū quod
 agerecur intelligēs: sed iofisi uero, tanquā inter-
 fecto quē maximē cupiebant, cum laetitia cōcla-
 manerūt. Spargitur autē hic rumor per ciuita-
 tem: ex quo residuā multitudinē mōror tenuit,
 uerē perisse credentē, cuius fiducia profugere co-
 gitabat. Audito autē Josephi mater in carcere,
 mortuum esse filium suū, ad custodes quidē, ex Io-
 sepatris hoc ait certò se credere, nec enim nūno
 potiri. Secreto autē flens, ad ancillas, Hanc, in-
 quirit, fécunditatis recepisse fructū, quod ne scel-
 lire quidē sibi filium licuisset, à quo sepeliri spe-
 rasset. Verū ne illā quidē mēdaciū duximus cra-
 cianū, neq; laerones refecit. Cito enim curato uel
 yere Josephus resipnit, progressusq; clamabat, il-
 los sibi non mulio post uulneris pœnas datus.
 Populū autē rursum ad fidē hortabatur: unde
 populo quidē fiducia, si iofisis uero stupor inci-
 dit eis asperlu. Profugorum autē alij statim de
 muro

eniro necessitate profiliebant: ali⁹ uelut ad pugnā cum lapidibus progredi simulantes, mox ad Romanos profugiebant. H̄os autē senior ea quā ini⁹ peruerterane fortuna cōsequebatur: & si me, quā dom⁹ reliquans, uelociorē apud Romanos inueniebāt ad exiūm farietatem: aderant manq; inflati ex inedia. & uelut morbo inter cui⁹ aquae turgidi, deinde uacuata replenes corpora disrūpebantur: nisi qui perire desideria cohibiſſent, paulatimq; cibū desueto corpori obliniſſent. Verū & eos qui hoc modo seruarentur, alia plaga suscepit. Quidā apud Syros ex transfugis deprehenditur, ē simo uenirus aureos colligens. Transgluſſenses autē (ut supra diximus) eō ueniebāt, quōd cunctos seditionis scrutabātur: & maxima uia anri fuerat in civitate: denique duodecim artificis cōparabant, quod ante uigintiquinq; malebat. Verū hac arte per unum delecta, totis castris fama pererebuit, quōd auro transfuga pleni uenirent. Arabū autē multitudine et Syri, scis⁹ uērisbus suppliciū menitabantur. Et hac ego clade nūlla credo saiuorem cōsigisse Iudei: una deniq; nocte duorū milii⁹ perfacta sunt uiscera. Et hac Tīrus iniūtia cognita, penè iuſſeffet autores circunfuso equum iaculis appeti, nisi magna fuſſet multitudine noxiorum, milioq; plures puniendi, quam qui furentane interempi. Connocatis autem auxiliarium ducib⁹, itemq; milium Romanorū (nam ciuius,

militum quosdam hac tangebat iniuria) utrisq; iratus dicebat: si qui militum suorum hac committerent luxuri causa incerti, nec arma propria quisquam erubesceret auro argentoq; facta: Arabes autem ex Syri, primo in alieno bello licenter calamitates inferrent: deinde crudelitate in eadibus ex in Iudeos odia Romanis ascriberet: bac enim quosdam suorum milites infamia participare: ex his quidem mortem interminatus est, si quis in eadē postea repertus fuisset audacia. ad legiones autem mandata dedit, ut suspectos inuestigarent, atq; ad se deferrem. Verum profecto auaritia contēnit omne supplicium, satisq; hominibus luxuriae amor innatas est: nullaq; omnino calamitas plus habēdi cupidini cōparatur. Amor vero hoc alias, ex modū habet, ex metu subiugatur. Deus autem, qui dannauerat populum, omnem uiam salutis ad interitū ueterat: deniq; id quod cum pena interdixerat Casar, occidē in præfugos admisiebatur. Et si quis transfigisset, circunspectares ante ne quis Romanorum uidere, eos scindebant, ex viscibus quem nefarium trahebant. In paucis autem reprobabatur, ex plerosq; sola spes consumebat. Hic quidem casus multos transfiguarum reduxit.

Desacrilgio circa templum & relatis ex urbe caudieribus & fame.

C A P. X VI.

Iohannes autem, ubi rapina ex populo desuere, ad sacrilegiū se se connectū amulcaq; donaria templi

templici retinens. multaque uasa divinae rei ministerio, necessaria, crateras, & lances, & mensas, ne urceolis quidem abstinuit, quos Augustus eiusque uxor miserat. Romanorum quidem imperatores honorauerunt semper templum atque ornauerunt: tunc autem Iudeus etiam alienigenarum dona distrahebat. Ad socios autem dicebat, sine metu diuinis abuti debere, qui pro Deo, qui pro templo militarent, & ex ipso ali. Proptereaque sacrificium reservabat, quem erat effudisse, namque in templo & maledicundi distribuit. & illi sine horrate uangebanter & potabantur. Non equidem recusabo dicere, qua dolor iubet. [Puto si Romani contra noxios, tenire tardassent, aut hiatu terra deuoranda suis se cimitaret, aut diluvio pericurarent, aut fulminum ac Sodome incendia passurarentur; multo enim magis impia progenie tulit, quam que illa perirent: denique cum eorum pericula desperata, totus populus incruxit. Et quid opus est singularem narrare clades? Mannaus Lazarus filius, transgressus ad Tisum, per unam portam quae sibi credita fuerat certum & quindecim multa & octoginta dixit clara cadanera, ex quo die castra proprie cimitare posua sunt, ex die quatuordecima mensis Aprilis, usque ad calendas Iulii. haec autem iustitia est multitudine: nec tam ipse fuit apposita porta, sed publicam mereendem dividens, mores ex necessitate numerabat: crateras enim propinquique sepeliebantur.

sepulchra autem fuit, claros ex oppido proiecere. Post hunc autem nobiles profugi, omnia mortuorum egenorum sexcensa multis portis electa nuntiabant: aliorum uero numerum minime posse comprehendendi: cum autem pauperibus efferendis non sufficerent, congesta in maximis adibus cadavera esse inclusa, & frumenti quidem modium uenisse talento. Post autem ubi muro circundata cimitate ne herbas quidem legere iam licet, ad hoc necessitatis quosdam fuisse compulso, ne cloacas rimaveretur, boumque uescrum alimentum habentem: stercusque collectum, quod ne nisus quidem tolerabili fuerat, cibus erat. Hac Romani quidem audiētes miserati sunt: sed iustos autem ne uidentes quidem pœnitiebat, sed paciebantur usque ad ea progredi: fatum enim eos reddiderat cacos, quod iam & ipsis immunebat & cimitati.

F L. I O S E P H I D E B E L L O I U D A I C O L I B R V I I .

De suffosione murorum, sucoensione aggerum
& sabino oppugnante murum. C.A.P. I



L A D B S quidem Hierosolymorū in peius quotidiane procedebat, cū & seditionis magis accendreetur aduersis inclusi, postquam populus famis ipsosque iam possidebat. Quin & multitudine cōgestorū in cimitate cada-

uerum, & nisu horrenda erat, odoremq; pestiferum emisitbat, cum excusus etiam pugnatum moraretur. Nam ueluti per aciem ruerent, plurima cede excitata, conculcare mortuos cogabantur: & qui super eos pedem ponerent, neque miserabantur, neq; horribat: nec saltem sibi augurio fore putabant conuentu meliam mortuorum. Genui autem cede polluti, dexteras ad exterritum bellum preparabant, tanquam exprobrantes Deo (ut mihi uideatur) supplicij sui tarditatem: non enim spe uictoria maior pars eorum, sed desperacione salutis ferocius ferebantur. Romani autem quamvis plurimum in aggreganda materia laborarent, tamen intra uiginti & unum diem ageres et excrunt, attonsis omnibus ad nonaginta usq; stadia circa oppidū lucis. Erat autem misera bilis terra facies: nam qua antea arboribus & paradisis ornata fuerat, ea iunc deserta praeclisis undiq; arboribus cernebatur: nec ullus qui prius Iudeam uiderat alienigena & suburbana pulcherrima ciuitatis, cu[m] eius solitudine tunc uideret continere lacrymas poserat, uel non gemere mutatione quanum pristinus derogasset. Omnia namque insignia pulchritudinis, bellum deleuerat: nec si quis subito aduenisset, qui locum prius scierat, eum cognosceret, sed praesens quereret ciuitatem. Romanis autem ac Iudeis, finium opus aggerum, paraciebas timoris initium: namq; hi, nisi eos quoq; exurerent, capium iri ciuitatem premebant: Romanis

autem, fortasse nec voluntate fibisore illis incen-
fis alios parare: nam et materia defecerant, et
labori quidē corpora militū, crebris uero offendit
tionibus animi cesserant. Verum ciuitatis cladi-
bus tristius Romani quā cines in ea degentes af-
fiebanur: ad mala enim que hinc accidebant,
etiam pugnatoribus nihilo segnioribus uidebantur.
Sed eorum spes frangebatur, cum aggeres insidijs,
machina soliditate muri, manus uero conflctus
audacia repugnantium superaretur: et precipue,
quod cum seditione, fameq; ac bello totq; malis
præstantiores Indorū animos inuenirent, uirorū
quidē inexpugnabiles esse impetus arbitraban-
tur: iniictā uero animorū magnitudinē qua ca-
lamitatibus aleretur. Nam quis eos in rebus se-
cundis sustineat, qui malis ad uirentē incitaren-
tur? Illi quidē propria cancri custodias pre-
parabāt. Ioannis autē satilio apud Antoniā, si-
mul et quae futura timebātur, si disperceretur mu-
rus canebat. Et antequā aristes admonuerentur
operibus instabat: nisi quia conatus corā irri-
fueret. Aggressi enim cū facib; aggerē, spe de-
cepit remeanere. Nam primū ne concordare qui-
dem eorum uidebatur consilium, paulatim et per
internalle, et cotidianer, non sine meū profiliens
eū, neq; Indorum more, ut bresicer dicam: de-
erant enim que propria genitū essent, audacis
cursus, et omnī simul impetus: et ut non offendit
offensione recederent. Languidiores uero pro-
gressi

gressi quæ solabant, etiam Romanos solito prouo-
ptiores offendere, qui corporibus quidem atque ar-
mis ita undique aggressus sepsere, ut nusquam igne
adiuu relinquerent: animu nero ita confirmaverunt,
ne quis loco antequam occubaret moneretur:
nam prater omnium rerum desperationem si etiam
illud opus esse exussum, acerbissimus pudor milie-
res occupauerat, si aut calliditati uirtus cederet,
aut arma temeritati, aut peritia multitudini, aut
Iudeis Romani. Simul autem missilia pro illis fa-
ciebat in profiliétes delata: et qui cecidisset, po-
steriores impeditiebas, ac periculum antecedentie
molliores eos efficiebat. Qui nero intra telis ian-
eluum uenire properassent, alijs disciplina hostium
et densitate perterriti, alijs confixi hastis retro-
cedebant: et ad extreum alius alium timidi-
tatis arguens, re infecta reueriebantur. Calendis
autem Iulij tentata fuerat expugnatio. Iudeis au-
tem inde digressis, Romani machinas admouen-
te, quamuis ab Aeneonia saxis atque igni ferroque
peccarentur, et quodcumque hostibus telum ne-
cessitas accidisset: nam licet muleum moenibus
Iudei considerent, machinasque contemnerent, ta-
men eas applicare prohibebant Romanos. Illi
autem Iudeis studium esse ratus, ne murorum in-
firmitate Aeneonia ledentesur, et fragilibus eam
fundamentis suspicantes, contra cerebant. Nec
tamen quod scriebatur, ictibus obediebas: sed
ipsi quidem crebris in se missilibus iactis, cum nullus
perire

periculis desuper uenientibus lassarentur, arietū opus urgebant. Cùm uero inferiores essent, ac lapidibus frangeretur, alijs scutis super corpora cōcameratis, fundamēta manib; ex uelibus suffodiebant. Itaq; saxis quatenor obstinato labore cōcussū, quietē urisq; nox attulit: ex in ea murus arietibus labefactatus, ex qua parte prioribus Ioānes aggeribus insidiando murum suffocerat, subsidente euniculo repēte labitur. Verā prater spem uirorūq; animi affecti sunt. Nā Iudei quidē, quibus murorem esse oportebat, quod ruina frater spem acciderat, et aduersus eā praecepsi nō fuerant, tanquam maneres Antonia cōfidebat. Romanorū autē inopinata latitiā ex celeri subuersione natā, cōspectus alius murus, quē inuincitus Ioannes adificauerat, citore stinxit. Veruntamen priore facilior oppugnatio uidebatur. Tunc enim ex ascensum per ruinas promptiorē, ex Antonia esse infirmiore murum qui recens erat, citog; destrui posset arbitrabantur. Nemo tamen eū audebat ascendere: quod ei qui primus id tentavisset, certissimū esset exitiū. Tius uero spe arq; oratione putās alacritatem pugnaciuon excitari, ex adhortatione aeq; promissis sape quidem periculorū nasci oblinia, interdum autem mortē solere concubini, in unum congregatos forisimos experiebantur dicens: Commilitones, horeb; quidem ad ea qua periculum nō affirūs, aperiē ex ipsis qui rogantur,

ex qui eos rogat, ignorantie reprehensione parit:
 exhortatione autem opus est in solis rebus ambi-
 guis: quippe illa per se quenq; gerere dignum
 est. Itaq; difficile nobis in murum esse ascensum
 ipse proficer: quo dantem vel maxime oporeat
 gloria cupidos pugnare cum difficillimis rebus,
 pulchriq; sic cu laude mori, nec erit infracluo-
 sum si qui primi fortiner fecerint, prosequar.
 Primū quidē nos illud horretur, quod nō nullos
 foreasse deterreat, Iudeorū patiens animus, ex
 in aduersis rebus dura cōstantia. Romanos enim
 eosq; milites, quibus in pace bella discere, in
 bello autē nincere consuetū est, à Iudeis manu
 vel animo superari turpisimum est: idq; in fine
 victorie, cīm etiā Dei nitamur auxilio: nānq;
 offensiones nostra, Iudaica desperationes sunt.
 Illorū autē clades, fauore Dei nostrisq; uirtutis-
 bus crescūt. Etenim sedisio, fames, obſidio, mu-
 rorūq; sine machinis casus, quid sit aliud q; in
 illos ira Dei, nostrūq; adiumentū. Igītū nō ſol-
 lū deteriorib; inferiores uideri, ſed etiā diuinū
 praefidū prodere, nobis non cōuenit. Quo pacto
 autē nō turpe uideatur, Iudeos quidē quib; nō
 magni pudoris eft ninci, qui ſervire didicerint,
 quo munus in posterū id patiātur, morem con-
 cēdere, aeq; in nos medios frequenter excurrere,
 non uictoria ſpe, ſed offertationis gratia: nos au-
 tem totius penè terra marisq; uictores, quibus
 etiā non uincere probro habent, oriosos ſeden-

res, ne scimus quidem in hostes, aliquid andato sit
 expertos, samem ac fortunam cum his armis ope-
 riri? maxime cum parvo discrimine totum possitis
 efficere. Denique in Antoniā si ascēderimus, ha-
 bebitur cūnītātē. Nam et si pugnandū sit ad-
 uersum intus positos, quod nō arbitror, autamē
 capiti ac respirationi hostiū insedere uictoriam
 nobis plenissimā repromitterit. E quidem praer-
 missa nunc eorū lānde, qui in bello cecidere, et
 immortalitate, qui Martio furore p̄stratis sunt,
 ex morbo pacis rēpore mortē aliter seniētibus
 imprecor, quorū anima cuī corpore sepulchra
 dāatur. Quis enim uirorū fortiū nescit, quod
 animas in acie ferro corporibus absolvat, pu-
 riſſimum clementiū aether hospicio receperat in-
 ter sidera collocat: manesq; se bonos ac propi-
 eos heroas uidedos offerunt posteris suis? Quas
 uero morbus corporis tabescq; consumpsit, et
 si maximè probris ac piaculis purgata sine, sub-
 terranea tenebra operiunt, ataq; oblitio susci-
 pit, corporis simul et uite ac memorie sine cir-
 cūscriptas. Quod si necessario mors homini de-
 creta est, ad hoc autē omni morbo leuius est, ser-
 vi ministeriū, cui non uideatur ignavum ne ga-
 re uisit, quod debito redditurus sit. Et hac qui-
 dem ueluti scruari nequeāt, uel qui conaci sue-
 rint, prosecutus sum. Est autē salueis spes in ma-
 ximi quoq; periculis qui uirilē animū gerant.
 Primum enim quod decidū patet incessu: deinde

votum quod adificatum est, facilissime dissolvi potest. Nosq; plures hoc opus aggredientes, alius alij p adhortatione fieris atq; subsidio: uestraq; obstinatio breui animos hostium franget: ac foreasse nobis, si eam taniū cœperimus, incrœta res efficietur. Etenim ascendentes quidem nos prohibere scilicet conabuntur: si uero clam, uel etiam per uim aliquid egerimus semel, quamuis paucos non sustinebunt. Ne autem profecto perdantur, nisi qui primus hoc fecerit, inuidendum remunerationibus fecero: & qui uixerit quidē nunc aequalibus presit: beatissima uero premia sequentur occisos. Talia dicente Tito, catena quidem multitudine periculi magnitudinem timuit: eorum uero natus, qui in cohortibus militarent, Sabinus nomine, genere Syrus, uir ex manu simul & animo fortis apparuit: liceret si quis cum ante uidisset, quaneū ex habet corporis, ne specie quidem militem esse credidisset: erat enim colore nigro, exilis habitudine: sed anima quadam heroica in macro corpore, atq; angustiore uiribus suis habitabat. Cum primus itaq; surrexisset, Dedo me, inquit, tibi alacri animo Casar, & ante omnes in murū ascendo: atq; opto quidē, ut uires ac voluntatem meā sequatur fortuna tua: quod si capro casus inniderit, scito me non praeter spem, quod res aliter efferent, sed q; sic decreuerit, pro te morientur. His dictis, & scutū lene manus capiei præien-

dens, strictoq; dextera gladio, circa horam diei
 sextiā mūrū petebat: sequebātur autē ex alijs, q
 soli eius virtutis emuli esse cupiebant, undecim
 mīri. Multo autē oēs antecedebat diuino quodā
 impetu excitatus, cūm de mūro custodes iaculis
 et sagittis undiq; infunies appeteret, atq; inge-
 tia saxa denoluerent, que nōnullos de undecim
 deicerūt. Sabinus autē mīsilibus occurrēs, bī-
 cet obrueretur sagittis, nō tamē ante impetu co-
 hibuit, q̄ summa mūri prehenderet, hostesq; in
 fugā uerteret: uirib⁹ enim eius arq; animi per-
 tinacia territi, pluresq; ascendisse ratiū nō sile-
 rūt. Qua in re fortunam quia ueluti uirentibus
 innideas, semperq; praelaris facinoribus officias
 nō incusauerit? Si quidē hic uir neq; ab incepto
 errauit, et offensione lapidis cū maximo crepitu
 pronus decidit. Vnde factū est, ut Iudai reverst,
 ubi solū q̄ iacenrem uidere, ex omni eū parte
 iaculis peterent. Ille uero genibus nixus, et scru-
 to protectus, primo quidē ulcisceretur hostes,
 multosq; ad se appropinquantes saucianit: nul-
 merū autem multitudine remisit dexterā: q̄ ad
 extremū priusq; redderet animam sagittis et
 obrusus, uir dignus pro fortitudine qui meliori
 fortuna ueretur: pro mensura uero corpori faci-
 noris cecidit. Ceteri autem tres penē iam sum-
 ma tenentes, obtrici lapidibus perierū, q̄ octo
 sauciani detracti, q̄ in castra relati sunt. Hec
 quidem tertia die mensis Iulij gesta sunt.

Romani

Romani Antoniam inuadunt, & à Iudeis repelluntur.

CAP. II.

Biduo autē post, uiginti de numero exuberantib[us] per aggeres militū cōgregati, signū ferū ordinis sui, & duos quosdā ex ala equitū, & cubicinē unū ad se uocat: nonaq[ue] noctis hora per ruinas ad Antoniā otiose procedūt: occisis autē primis custodib[us] somno oppressis, murū obuinēt, ac buccina signū dari pracipiūt: quo catcri quidē nūgiles subito exuscitantur, & fugiūt prinsquā multitudinē qua murū ascenderat, cerneret. nā & timor illus. & tuba imaginē quandā, ut magnū hostium numerū ascendisse crederent, ostēdit. Cesar autē signo audito, properè armas exercitū, & cū ducibus primis lictorū catervā comitatus, ascēdit. Cū autē Iudei ad templū incrūs cōfugissent, ipsi quoq[ue] per niculū irruperunt, quē Ioānes aduersum Romanorū aggeres aperuerat. Disposuitq[ue] amborum agmōnū seditionis, tam Ioannus q[ui] Simonis, arcebās eos suamniū nī atq[ue] alacritate repugnandi: siquidē excidiū finē puerabant, locū sanctū penetrasse Romanos, quod & his uictoria principiū fuit. Ad ipsum autē adiūtū ualidissima pugna commisiuit: his quidē templū nī occupare ceterantibus, Iudeis uero Antoniā uersus eos repellenteibus. Et sagitta quidem ac hastā uirisq[ue] inuiles erant, strictis autem ensibus dimicabant. Neq[ue] conflictū discerni poserat, ex qua parte

XL 3 quisq[ue]

quisq; pugnaret, permixtis viris et propter angustias permutatis, cū et uocis intellectū magnitudo cōfunderet, multaq; mors effet uirinq;, armāq; simul ex cadavera iacentiū cōculata frāgerēne pratiātes. Semper autē si bellū fluctuans granasse alterā partē, posteriorum exhortatio ex inferiorū conquestio nascebatur. Neq; aut fuge aut persecutioni locus erat: sed propinqua mutationes cōfigētiū, ex inclinationes p̄mīxiē fiebā exercitus. Qui uero inter primos fecerint, aut occidēdi aut moriēdi necessitatē habebant, q̄ refugere nō dabantur: nā et posteriores utrinq; partiis, suos in frontē urgebat, nullūq; inter dimid cātes bello uacuū interuallū reliquerat. Cū autē Iudeorū animis Romanorum p̄tritā uincērent, iāq; omnino tota acies pelleretur (à nona enim hora noctis ad septimā usq; diei pugnabante) hi quidē simul omnes excidij periculū pro nutrimento uirutis habebant: Romani uero exercitus parri (nondū enim ascenderant legiones, illisq; spes pugnantium nascebatur) satis esse uisum est in presencia, Antoniam obtinere.

De Juliano Romano milite insigni fortitudine.

CAP. III.

IJulianus uero quidā cēnario ex Bithynia nō ignobilis, quē in illo bello ex armorū persia ex viribus corporis ex animi spiritu omnium foreissimū ipse cognoui, ubi Romanos iam cedere ex male repugnare cōspexit (propter Tiberium

anciu

autem apud Antoniā stabat) subito profilyt.
namq; Iudeos uincentes solus ad interiorē usq;
tēpli angulū persecutus est. Fugiebat autē uni-
uersa maledictio, neq; uim eius neq; audaciā ho-
minis esse opinantes. At ille per medios ruens,
quos alios aliō disiecerat, ipsos quos occupasse
inseveriebat: eaq; facie nihil Cesarī admirabi-
lius, aut alijs horribilius uisum est. Verū et
ipsorum profectō fata persequebantur, quia ab ho-
mīne uitari nō possunt. Calceos nāq; habēs, cre-
berrimus atq; acutis clavis, ut ceteri solēt mili-
tares, fixos, dū strato saxeis crustis solo curreret, la-
bitur: magnoq; cū armorū sono deiectus, in ter-
gum fugientes reduxit. Et Romanorū quidē cla-
mor ex Aeneonia sublatus est, salui eius me-
mentiū: Iudas uero multi simul gladijs et ha-
stis undiq; seriebāt. Ille autē multā quidē ferri
uim scuto excipiebat: saepe autē conatus erigere
se, per centenū multitudine remolitus est. Et ia-
cens tamē gladio multos perculit: nec enim cito
perēptus est, quādo galea ei thorace omnia mē-
bra neci opportuna septus erat: namq; diu cer-
nīcē cōrāxerat, donec cōcīsis alijs eius membris
remisit uires, cum ei nemo auderet succurrere.
Nimis autē dolor Cesarē tenuit, ubi tante for-
titudinis uirum in cōspectu tanta multitudinis
uidit occidi: et quod locus se quidē interclude-
bat auxiliū ferre cupientē, alios autē, ne possent,
uicem impediēbas. In hanc igitur diu cū morte
kk 4 luēt

Inclitum, cum non paucos interfectorum suorum
faucis reliquisset, ager per episcopum est: magna sui
gloria, non apud Romanos canem Casare,
verum apud hostes quoque relicta. Iudei vero
etiam mortui rapto corpore, Romanos in fugam
versos, in Antoniam conclusere. Fortiter autem
in exercitu decertauero, Alexas quidem ex Gy-
phaiis, ex agmine Ioannis: ex parte vero Si-
monis, Malachias. Ex Macconis filiis Iudei,
ex Sosa filius Iacobus, dux Iudeorum: Ze-
lotes vero fratres duo filii Iairi Simon et Iudei.

Iosephi oratio pro deditione Iudeorum & pro-
fugium eorum.

C A P . I I I I .

Titus autem milibus suis imperat Anno-
nia fundamēta diruere, facileque ascensum
euncto exercitiū preparare. Ipse vero Iosephus
ad se vocato (nāq; audierat eo die, qui erat mē-
sis Iulij septimus decimus, diuinā obseruantia,
qua enelechismos vocari, iutorū penuria de-
fuisse, eaq; re populū nimis dolere) iterum dicit
Ioāni praecepit qua ante mādauerat: quod etiā
si quis cū pugnandi sensus amor teneret, cū qua
placeret ei multitudine ad bellū progredi lice-
ret, dum modo nō unā secum ex ciuitatis incipi-
ret simul et templum: sanctū tamen locū nio-
lare desineret, nōne in Deum nefas admitteret.
Potest utē autē haberet si uellet, sacra intermis-
sa celebrare p Iudeos quos ipse delegisset. Itaqz;
Iosephus, ne soli Ioāni hac intimarētur, sed etiā
plus

pluribus, unde exaudiri posset constitit, & mā-
data Casari Hebraico sermone differuit. Mul-
tum autē eos quo patria parcerent precabatur,
igneq; depelleret iam tēplo contignum, Deoq;
uota redderent cōsueta. His dictis populus eri-
flitia simul & sileneio tenebatur. Multis autē
cōmītis tyrannus Iosepho cū execrationibus la-
ccata, postremo addidit, nunquā sibi excidium
esse metuendū, quoniā Dei ciuitas esset. Siq;
cū exclamatio, Sanè uero, inquit Iosephus, cā
purā Deo conservasti, iniolataq; sancta man-
scrit: nec in eum cuius speras auxiliū, quicquam
impium deliquisti; sed solēnia sacra cōsequitur.
Et si quidē tibi quisquā quotidianū auferas ci-
bum, impiū cum hostiē puniabis: Deū uero, quē
perpetua religione primaveris, belli auxilio spe-
ras fuurum? Et Romanis peccata impunias? quā
nostras leges etiā nūc tuētur: & qua ipse in-
scredidisti sacra, Deo reddi cōpellunt. Quis non
inopinata mutationis causam gemat, ac defleat
ciuitatē? cū alieni quidē, hostesq; impietarē inā
corrigā: en uero Iudeus, & inter leges educa-
tus, illis quoq; in has senior inueniari. Aiqui
Ioannes etiā poenitere malorum, nō est turpe in
rebus extremitis, bonūq; tibi exemplū patriā scr-
nare cupiēti proposuē est, Iechonias rex Iudeo-
rū, qui quōdā Babylonīs bellū sibi inferētibus,
sponte ciuitate priusquā caperetur excessit, &
cum cognatione sua uoluntariā capiuitatē su-

finuit, ne hac sancta hostibus proderet, Deiq;
 domū nideret ex nri. Ob hoc sacra Iudeorū cō-
 memoratione laudatur, eūq; memoria trāsmissa
 per secula semper noua immortalē posteris era-
 didit. Bonū ò Ioannes exemplar, & si periculū
 praefto sit: ego autē uenīā quoq; tibi à Romanis
 spōdeo, dū memineris, q̄ genitilis moneā, & Iu-
 dais ista promissam, spectariq; oporteat, quis sit
 anchor. & unde consiliū. Ab sit enim unquam
 me ita captiuum uinere, ut genus aut leges pa-
 trias obliniscar. Rursum indignaris et clamans,
 mihiq; maledicis. Etiam acerbiora mereor, quā
 haec aduersus fara suadeo, Deiq; sententia con-
 demnatōs seruare contendō. Quis ignorat scri-
 pta veterum prophetarū, & responsam impē-
 dens miserrime ciuitati? Iam tunc enim eius
 excidiū pradixere, cūm quis homicidiū genitile
 expisset. Vestrorum autē cadaverū non ciuitas
 tamū, sed etiam templum omne repletum est.
 Deus planè, Deus ipse cum Romanis ignē sibi
 lustrationis infert, totq; scelerum plena exurit
 ciuitatem. Hac Iosepho cum fieri & lacry-
 mis prosequente, nox eius singulis interru-
 pia est. Et Romani quidem miserati dolore, ad-
 mirati sunt. Ioannes autem eiusq; sociū magis
 contra Romanos irritabaneat, illi quoq; capere
 cupientes. Nobilū tamē plurimos cōmonuit eius
 oratio. Et nonnulli quidem sedisiorum cōsto-
 dias formidantes, locis suis manebant, iāndudē
 erit

certi de suo pariter ex ciuitatis exitio. Fuerunt
 autem, qui capto discessione tempore, ad Ro-
 manos confugere: in quibus erant pontifices Io-
 sephus ex Iesu. Filii uero pontificum, tres qui-
 dem Ismaelis, cui apud Cyrenen fuerat caput
 abscessum. Ex Matthia quatuor: alius uero
 Matthia unus, qui post ineritum patris au-
 gerat, quem Simon Giore cum tribus filiis, us
 supra dictu est, ineremus. Multe autem nobiles
 cum pontificibus defecerunt eosque imperator cum
 per alia humanè suscepit, cum sciens in alieni-
 genis moribus illis uersari molestu esse, in Go-
 phnam dimisit, ut ibi manerent interim, multas
 etiam pollicentes possessiones cuique peracto bello
 se reddirent. Illi quidem in destinatum munici-
 pium leui cum omni canteone discedunt. His
 autem in ciuitate non nisi, rumor seditionis ne-
 rum diffamarus est, q Romani transfugas occi-
 diffente, ne hoc meum uidelicet à fuga reliquos
 deterrent. Et paulisper quidem hac calliditas
 eorum, sicut antea, ualuit, timor autem profun-
 gere eupientes inhibuit. Rursus autem postquam
 eos Titus renovatos à Gophna cū Iosepho mu-
 rum circumire, ex populo conspicere, multi
 ad Romanos fugiebant. In unum uero congre-
 gari. Ex ante Romanos stanxes, cum lacrymis
 atq; uulnare seditionis rogabant, primo quidens
 ne in ciuitatem Romanos susciperent, patrium
 que fernarent: si hoc dissiperet, saleam de fano

exirent, templumq; sibi liberarent. Nec enim ansuros sine maxima necessitate Romanos igne sanctis immittere. His illi magis aduersabantur, multaq; in transfugas nociscaui conuicti, supra sacras portas iacula et balistas et sautorum disposuere tormenta, ut omne quidem circum sanum spatium maledudine mortuorum sepulcro, templū uero ipsum castello simile uidetur. In loca uero sancta et inaccessa, cū armis adhuc et manibus genili cade calensibus insiliebant: et ad hanc processere legis iniuria, ut quam Iudaos indignationem oportet exerceat si hac Romani admiserent, ea tunc in Iudaos propria sacra temerates, ueretur Romani milites. Nemo sane fuit eorum, qui non cum honore templū aspicceret, atq; adoraret: latronesq; opares, antequam immedicable malum contingeret, paucitare. Titus autem dolens uicem eorum, iherum Ioannē eiusq; socios increpabat, dicens: Nonne nos, o sceleratissimi, cancello sanctū locum protexistis? Nonne litteris Gracis ac nostris incisas tabulas consenseristis, quibus ne sepe enīquā transgredi liceret edicitur? Nonne eos qui trāsissent, quamvis Romanus quis esset, nobis uocare permisimus? Quid igitur in etiam morenos cōculcastis, o noċciissimi? Aus cur templū et extermi et gētilis sanguinū confusione polluistis? Testor ego parios deos, et si quis unquā hunc locū ante aspergit (nunc enim nemini

neminem credo) itemq; testor ex exercitu meū
et Iudeos qui apud me sunt. et nos ipsos, q; nō
ego nos violare hac cōpellā: quin ei si locū acies
uestra mutauerit, neq; accedet ad sancta quispiā
Romanorū, neq; quisq; in eorū cōsumptiā faciet:
seruabo autē nobis etiam templum nolentibus.

De iterata pugna, ex fructis aggeribus, & ex cur-
sionibus Iudeorum.

CAP. V.

Hec Iosepho internuntianee principiis
dicta, latrones ac tyranni existimantes
non benevolentia, sed timiditate hos sermones
fieri, in superbiam tollebantur. Titus autē, quā
neq; seipso miserari eos, neq; templo parcere
prospiciebat, rursus bellum gerere decrevit. Sed
universum quidem his milium, q; locus eū non
capere, inferre non poserat. Tricenis autem de
singulis cencuriis viris fortissimis lectis, etiā chil-
liarchis singulis milenos attribuit: hisq; duce
praproposito Cereali, hora noctis nona iubet in cu-
stodias imperium fieri. Cum autem ipse quoq; in
armis esset, unaq; descendere statuisset, amici eū
proper periculi magnitudinem ducumq; dicta
contineverunt: plus enim operis cum in Anno-
via prasidencie militū certaminis facturum esse
dixerunt, quam si periculis subisset: omnes enī
fore sub oculus imperatoris optimos bellatores.
Etis dictis paruit. Deinde ob hoc solum se ma-
nere locutus ad milites, ne de eorum virtute in-
dicaret: ne aut foris quisquam indonatus abiret.
aut

aut cōtra impunius ignarus lazeret, sed omnium
 spectator ac testis fieret ipse, qui ex nesciendi
 & remunerandi esset dominus: illos quidem ad
 aciem hora qua supra memorarum est, dimisit.
 Progressus autem ad speculam in Aneonia quid
 fieret expectabat. Verum hi qui missi sucrant,
 non ita, ut sperabant, somno oppressos inuenire
 custodes: sed coortis cum clamore, confessim ma-
 nus conseruere, excubitorum autem tumultu ex-
 citi catari caternatim excurrere. Itaque primoru-
 m quidem imperium excipiebat Romani: qui am-
 secum illos sequerentur, in agmē proprium incide-
 bant, multisq; suorum uelut hostibus uebantur.
 Vocis namque agnitionē confusus parvū clamor,
 oculorū autem singulis nox ademerat: cum pre-
 terea quosdam furor cacos, alios iracundia, alios
 timor efficeret: idcirco obniū quēq; sine discre-
 tione feriebant. Romanis quidē scutorū coniunc-
 tiōne septis, ex per globos profilientibus, igno-
 ratio minus nocebat: signi enim sui quisq; me-
 minerat. Inde uero disiecti, iam impetus quam
 recessus temere facientes, sape imaginē inter se
 hostium alijs alijs demonstrabant: cum renun-
 ciem suam quisq; per tenebras, quasi Roma-
 num aggredientem exciperet. Denique plures à
 suis quam ab hostibus fauciatis sunt, donec orto
 die, nisi iam pugna discernetur: ex in acie
 stantes ordine sagittis atq; telis uerentur. Ne-
 tri uero cedebant, neq; labore fatigabantur. Sed
 Romanis

Romani quidem & sigillatim, & multi simul
in conspectu imperatoris de uirtute certabant:
illumq; diem sibi quisq; promotionis initium fo-
re putabat, si fortius dimicasset. Iudei autem
& proprium cuiusq; periculum, & qd templo
micerent, ministrabat audaciam: quod tyran-
nus stans hos rogaret, alios uerberaret, &
ad pugnandum interminacionibus incitaret. Comi-
nus autem plerunq; pugnatū est, sed cito & bre-
ui momēto pralia mueabātur: neutra enim pars
prolixum fuga spatiū uel persecutionis habe-
bat. Pro suorum autem euentu ex Antonia tu-
mulum erat, & confidere super anteib; & fla-
re si fugerent, acclamantū: eratq; ueluti quod-
dam bellī theatrū: nec enim uel Tiuū uel alios,
qui una erāt quicquā eorū que in pugna gere-
bantur latebat. Postremò nona hora noctis cœ-
pro pralio, quinta diei dissoluti sunt, cùm neutrī
eo loco unde pugnā iniere certa fuga cessissent,
uerū mediam in ancipiī pralio uictoriā reli-
quissent. Romanorū quidem plurimi nobiliter
decertarunt. Iudeorū uero partis quidem Simo-
nis, Iudas Merionis filius, & Simon Iosia, Idū-
maiq; Iacobus, & Simon, hic Cathle filius, Ia-
cobus autem Soſe, de Ioannis autem socijs Gyp-
thaus & Alexas: & de Zelotis, Samou filius
Iairi. At Romanorū reliqua manus, die sepi-
mo subuersis Antonia fundamētis, latā uiam
usq; ad templū fecit, admotaq; muro legiones,

mox aggeres inchoabantur: unū contra interioris
 templi angulū, qui ad septentrionē orientemq;
 spectabat: alterum cōtra exedram, ad aquilonis
 partem inēcī duas portas adificataā. aliorū duo
 rum unū contra porticum occidentale templi
 exterioris, alterū contra septentrionalē. Magno
 tamen opus cum labore ac mēsrijs proficiebat,
 cūm materias à centesimo usq; stadio depona-
 rent. Inserdum autem insidij ledebantur, cūm
 ipsi quidem uincendi facultate minime caveret,
 Indais uero propter desperationē salutis auda-
 cioribus uerentur. Nonnulli enim equitū, quo-
 ties ad ligna sine foenu colligendū exiſſens, in-
 terea dum id facerent, equos suos frenis crutes
 pasci sinebant: quos Indai per cuneos erumpen-
 tes rapiebant. Itaq; cūm id crebro fieret Caesar
 existimans, quod erat uerū, negligētia suorum
 magis quā Indorū mirante rapinas conseruare,
 tristī animaduertione cateros ad equorum ca-
 stodiā remocare statuit: unoq; milite qui equū
 perdiderae moree damnato, eo meū equos suos
 cateris conseruanit. Nunquā enim eos posthac
 in pascua dimicabant, sed tanquā natura hic
 connexi ad necessitatē egrediebātur. Illi quidē
 templum oppugnabant, aggeresq; erigebant.
 Alia uero die post eorū ascensum, mules se-
 dieiosorum, quos rapina defecerant & famis
 urgebat, congregati, in presidia Romanorū, que
 Eliōn monēm uersus collocata erant, circa
 undecim

undecimam diei horam imperium faciunt: spe-
rabant enim primo quidem inopinatos, deinde
curandi corporis causa quiescētes, facile decipi
posse. Verū cognito illorū conatu, Romani de
proprijs custodijs celeriter collecti obstabārē eis,
mūrū transcendere ac perrūpere uiolenter am-
bitum conatis. Conflaco autē uchementi pralio,
et alia multa ab ueraq; parte foriter gesta
fuit: cūm Romani præter fortitudinē etiam bel-
landi peritia, Iudai nero inmoderato imperio co-
effrenatus animis uicerentur. Dux autē his pu-
dor erat, illis necessitas: nam et amittere Ju-
daeos, uelut laqueis irretitos, Romanis turpis-
fumum uidebatur: et illi unam spem saluis, si
mūrum si perrumpere possent, habebant. et
quidam ex ala equitum, Pedanius nomine, Ju-
dais in fugā uersis, atq; in uallem coactis equo
in aduersum monicm à latere incitato præterue
ctus, rapit unum ex hostibus fugam petentem,
innenem et grauem corpore, et armis undiq;
septum, talo comprehensum. Tantum se incli-
nauit equo currende, tamamq; dextera nim-
icemq; caseri corporis. et equestris peritia de-
monstrauit. Iste quidē tanquam manus aliquod
rapuisse, captiuum ferens, ad Casarem uenit.
Tunc autē uires eius qui ceperat admirans,
et capiendo, quia mūrum aggredi teneueras
supplicio traditio, ipse templi oppugnationē cu-
tabas, miq; aggeres matuō fieriē perurgebas.

Inter que Indai aduersis pralijs male tractati,
 sumescenee paulatim bello & in templi serpen-
 te pernicitem, sicut in putrefacto corpore affolet,
 membra peste occupata, praeuenientes ne uke-
 rius procederet, abscedebant. Porticus enim
 parte, qua ab Aquilone in orientem pertinens
 Antonie iungebatur, incensa, deinde ad x x.
 serè cubitos abrumpere, immisso sanctis incendio
 manibus suis. Biduo autē post, predicti mensis
 uicesimo & quarto die, Romani porticum in-
 flammanuere: & usq; ad quartumdecimum cubi-
 tuum igne progreso, Indi similiter culmē abij-
 ciunt, neq; omnino recedentes ab operibus. &
 Antonie continentie dirimentes, cùm liceret
 eis ac deberent incendium prohibere. Itaq; ins-
 misso igne, cursu eius otiose pro sua uilitate
 metiebantur. Circum templum autē nunquā pro-
 bia ceffauere: sed frequens erat paulatim contra
 se excurrentium pugna. Nisdem autem diebus,
 quidam ex Iudeis, uir & corpore brenis, &
 uuln̄ despabilis, tamq; genere quā rebus alijs
 milissimus, Jonathas nomine, progressus ad Ioan-
 nis pontificis monumentū, cùm alia multa su-
 perbè ad Romanos prolocutus est, cum quē for-
 sisimum haberent ad singulare pralium pro-
 vocauit. Et qui contra stetere, mulii quidem
 dignabante: erant autē inter eos (ut affolet)
 etiam qui timerent: quosdam uero non inconsul-
 ta monebat ratio, cū mortis cupido non debere
 confū

configere. Nam qui de salute desperassent, eos
neq; cautos impetus habere, neq; Deū uereri:
Et cum his in discrimen uenire, quos neq; uin-
cere magnum sit, Et ninci cū de honestamento
periculoseum, non fortitudinis sed ferocitatis ui-
deri. Quum autē diu nemo procederes, multaq;
Iudaus eorū timiditati illuderes, homo arrogās
Et superbis, Romanus ex ala equitum nomine
Pudens, insolenciam eius exosus, foreasse autem
etiam corporis brenitate sublatus, inconsulte
prosiliē: Et ceteris cōmissa cū eo pugna risum
prabuit, à fortuna proditus. Lapsum enim Io-
naihas interfecit: deinde pede supra mortuum
posito, leua scutum, dextraq; cruentum gladiū
coruscabat: armisq; cum fremuer cōcaſū, exer-
citni Et iacenti insultans, spectantes Romanos
increpabat: donec cum tripludante et uana
iactantem, Priscus centurio sagitta transfixit:
eoq; facto, Et Iudaorum Et Romanorum cla-
mor marius excitatus est. Ille autem dolore in-
uertiginem tortus, supra corpus hostis incu-
buit: belliq; felicitatem ratione carentem quam
uelox uilio sequeretur ostendit.

Romani flammis percunt dolo Iudaico, & de
Artorio quodam. C. A. P. V. I.

SEdiosi uero remplū tenentes aperiē quidē
Et quotidiani militibus in aggeribus positis
repugnabant. Viceſimo autem ſeptimo die pra-
dicti mensis, huiusmodi dolum excogitant. Oc-

L. 2 cidental

cidenalis porticus spatiū, quod inter cubem
 & trabes erat vacuū, sylvis aridis, itemq; sulfu-
 re ac bitumine replenere. Deinde uelut oppres-
 si cedebāt. Quare multi quidē temerarij fugien-
 tibus inslabantur, & in porticū ascendere posuit
 scalis nitebantur: qui uero prudentiores erant,
 nullam fuge causam Iudais fuisse cogitantes, lo-
 cis suis manebant. Verū porticū repleta his
 qui ascenderant, ignē immittunt Iudai: excita-
 taq; undiq; subito flāma Romanos et qui extra
 periculum steterunt ingens stupor innasit. &
 desperatio quos incendium ceperat occupavit:
 flammis enim cineli semetipso retrorsum in op-
 pidum, aliū uero in hostes præcipitabant: multi
 spe salutis defilientes in puteos, illico debilita-
 bantur: alios, dum conantur, præueniebat incen-
 dium: aliū ferro flamman anteuerterebat: statim
 uero & alios fugientes ignis comprehendebat,
 plurimū pernagatus. Cesare uero licet morien-
 tibus indignaretur, q; iniussi porticum ascēde-
 rant, trūsericodia tamē corū tetigit. Cumq; ne-
 mo prohibere posset incendium, hoc erat tamē
 solatio pereuntibus, quia uidebant eius dolorē,
 pro quo ipsi animā perderēt. Vociferans enim,
 & ante alios profiliens, & conutes suos quam
 possent auxilium ferre obsecrans, ernebatur.
 Eiusq; noces & affectiones quisq;, uelue ali-
 quam præclarissimam sepulturam, secū auferēs
 moriebatur. Nonnulli tamen recepti in partem
 porticos

porticus latiorem, flammariū quidem periculum
enascere: ubi se si autem à Iudeis, cùm diu sauciū
restituisse, postremò uniuersi cecidere. Post o-
mnes autē quidam iuuenis, nomine Longus, to-
ti huic ornamēto fuit calamitati: & quamvis
figillatim digni sine memoria qui pcriere, omniū
tamen fortissimus demonstrauit. Quem Iudei
quidem, & quia fortis erat, & quia interficere
eum cupiebant, ad se descendere promissa fide
hortabantur. Frater uero eius Cornelius, qui ex
aliera parte stabat, ne gloriam suā Romanamq;
miliciam dehonestaret orabat: cui magis obtrem-
perauit, sublatoq; altius gladio, ut ab utrisq;
partibus cerneretur, semetipsum occidit. Eoru-
nt autē quos ignis obfederat, Artorius quidam,
calliditate fernatus est. Appellato enim clara
uoce Lucio quodam, cōmilione & contuber-
nali suo: heredem te, inquit, relinquo totius pa-
trimoniū mei, si me excepferis. Cūm autē ille prō-
pto animo accurrisset, ipse quidē qui se in eum
proiecerat, nixit: Lucius uero pondere oppres-
sus, constratoq; lapidibus solo allitus, continuo
moritur. Ea calamitas paulisper quidem Ro-
manis tristitiam comparauit, in posterum ta-
men cauiores effecit, & aduersus Iudaorum
insidias innit, quibus plerunq; loca moresq; ho-
minum nescientes ladebantur. Exulta est uero
porticus ad turrim usq; Ioannis, quam ille bellū
tempore quod cū Simone gerebat, supra postes

qui in *Xyſſū* ducerent adificauerat : reliquum uero Iudei , postquam consuampti fuerant qui ascenderant , abſciderunt . Postero autem die Romani quoq; porticum que in Borea parte fuit , ad orientalem usq; totam incendunt : coniuenientem angulos eius , quae appellatur Cedronos , super uallem adificata : unde etiam profunda erat & horribilis eius altudo .

De fame Iudeorum .

CAP. VII.

Circa templum quidem ita se res habebat . Eorum uero qui per ciuitatem fame corrumpebantur , infinita multitudo moriebatur . Inenarrabiles autem clades eueniebantur . Per singulas namq; domos sicuti aliqua uestigia cibi apparuissent , bellum illico gerebantur : & amicissimi inter se ad manus ueniebantur , misericordia dispergentees animis uiaricurn . Fides autem penitiae nec morientibus habebatur : sed etiam quos uiderent exspirare , scriuebantur latrones : ne quem forte cibum suum occuleans quispiam , moreretur . Ipsos autem spes egestate uictus hian tes , ueluti canes rabidos decipiebantur : & impinguatus in ostia , tanquam ebrii ferebantur , easdemq; domos bis ac ter eodem momento desperatione inquietabantur : omniaq; dentibus necessitas subigebat : & ea colligentes que nullum quamvis sordidissimum murorum animalium non horrebat , comedere potebantur . Denique nec cingulis nec calciamēis abstinere , coricāq; scurria

scnis detracta mandebant. Quin etiam scni ue
ceris laceramenta ni*tui* habebantur: cuius non-
nulli exiguum pondus quatuor Atticis uenun
dabant. Et quid opus est famis improbitatem ex
rebus anima carentibus demonstrare? Factum
enim relaturus sum, neque apud Gracos, neque
apud Barbaros cognitum, & dictu quidem
horrendum; auditu uero incredibile. Itaq; li-
benter hanc calamitatem intermitterem, ne mem-
siri me posteri astimarent, nisi testes mulios ha-
berem, & fortasse paucia frigidam referrem gra-
siam, parcium ea differens, quorum sata per-
pesta est.

De muliere que per famem filiu coxerat. C. VIII.

Mulier quadam ex numero trans Jordani
habitantium incolarum, Maria nomi-
ne, Eleazeri filia de uico Vitezobra, quod si-
gnificat domus hyssopi, genere ac diuitiis nobilis,
cum alia multitudine refugiens in Hierosolymam recepta, cum ceteris obsidebatur. Huius
alia quidem bona tyranni diripuerunt, que ex
transmannanis locis in oppidum componeauerat.
Reliquias uero conditorum, & si alimēta repe-
rissent, irrumperet domum eius satellites, quo-
tidie auferebant. Graniter autem mulier indi-
gnabatur, proprieaq; sapissime rapeoribus ma-
ledicens, et imprecans, eos contra se uel hemētius
irritabat: cum neq; iratus, neq; miserans, eam
quisquā uelles interficere. Sed uiclu qdc parādo

alij parabat: undiq; autem adempta iam erat et
esiam rapiendi facultas, famesq; uisceribus &
medullis irrepserat. Plus uero quam fames tra-
tundia succendebat. Igicur uia animi ac necessi-
tate impulsa, rebus aduersis contra naturam ex-
citatur: rapioq; filio, quem lactentem habebat,
miserum te, ait, infans, in bello & fame & se-
ditione cui te seruancer? Apud Romanos etiam
si uixeris, seruiturus es: fames autem praeuenit ser-
uicii: his uero seditionis seniores sunt. Esto igitur
mihi cibus, & seditionis furia, & humana
uita fabula, qua sola deest calamitatibus Indo-
rum. Et hoc simul dicens, occidit filium, coctumq;
medium comedit, adopertum uero reliquum ser-
uauit. Ecce autem aderant seditionis, et contami-
natisimi nidoris odore capi, mortem ei statim,
nisi quod parasset, ostenderet, menabarur. Illa
uero bonam partem se reseruasse respodens, ape-
rit filii reliquias. Illos autem confessum horror ce-
pi atq; demertia, uisuq; ipso dirigerunt. Et mu-
lier: & hic, inquit, est uerè filius ei facinus meū:
comedite, nam & ego comedi. Nolo ut sitis aue-
feminae moliores, aut matre misericordiores.
Quòd si uos pietatem colitis, & mea sacrificia
repudiatus, ego quidem comedi. Reliquum eius mo-
manebit. Post hoc illi quidē trementes exierunt,
ad hoc solum timidi, uixq; hoc cibi matris cesse-
re. Mox autem repleta est eo scelere tota ciuitas,
& unusquisque ante oculos sibi cladem illam

prop

proponens, tanquam huc ipse admisisset, horribat. Ab omnibus autem quos fames urgebat, properabatur ad mortem: et beati appellabantur, qui priusquam id paucorever intcrussent. Cuid autem Romanis etiam nuntiata est illa calamitas: eorumq; alij non credebant, alij miserabatur, muleos autem vehementius eius genitio odiū cœpit. Caesar autem super hoc Deum placabat: si quidem Iudei pacem obnulisset, eiusq; liberans proposisset omnium oblinionem que commiserae. Illos autē pro concordia seditionem, bellū pro pace, pro satiesate atq; opulētia famē optaſſe: et qui proprijs manibus templum, quod ipse ei sernasset, incendere cœperant, huiusmodi alienis eos esse dignissimos. Veruntamen scelus huius nefandi nichil, ruina seſe patrie operantur: neq; relicturū in orbe terra, ut sol inspiciat cinis eam, in qua matres sic uescerentur. Atque matres autē patribus huiusmodi alimenta deberi, qui nec post eiusmodi clades arma deponerent. Simul hac discens, desperationem hostium repudabat, nec eos sanam mentem recepturos existimabat, qui cuncta iam pereniffent, quibus inconquam patet ut mutare sententiā sperabātur.

De expugnatione muri, & incendio templi. C. i X.

Octavo autē die mēsis Augusti, cùm duæ legiones aggeres perfecissent, ad exedram occidentalem templi exterioris admoneri arietes insistit: cùm diebus antē sex, qui firmissimus erat

l. l. 3 aries,

aries, parietem sine intermissione pulsando, nō
bū omnino prosecuisse. Verū cū huic & ca-
serum magnitudinem structura lepidum su-
perabat. Septenionalis autem porta alijs funda-
menta suffodiebant: multumq; fatigati, exterio-
res canem lapides excellere potuerunt, ab interio-
ribus autē portae sustinebantur. samq; diu man-
sere, donec instrumentorum & noctium conaribus
desperatis, Romani scalas porciibus applicuere.
Iudei uero præueniti, ne eas subire prohiberent,
cū his congreſsi dimicabant. Et alios quidē reeo
depellentes precipitabant, accedentes alios sub-
ſidio trucidabant: mullos de scalis egredientes,
prius quam se scutis obtegerent, ferentes gladiis
præueniebant, nōnullas autē scalas armasorum
plenas, in latu declinantes, deuictibā. Vnde Ro-
manorum quoq; non parua cedes sequebantur.
Alijs signis ablatis pro his decertabant, rapinam
eorum granissime fore turpitudini ducentes.
Postremo tamen Iudei cū signis potinuerunt, cū
eos qui undā ascenderant interficiunt, ceteri uero
elude ineruntium perterriti descendunt. Ro-
manorum quidem nemo non aliquo facto opere
procubuit. Seditionorum autem, qui prioribus
prælijs etiam tunc fortius pugnauerunt, cū pre-
terea Eleazarus fratri Simonis tyranni filius.
Tisus autem cūm uideret se alieno templo cūm
damno & nece milium parcere, ignem porcis
subiicit iuſſit. Inier hac autem ad eum profugis

veniunt. *Ananias Ammauntinus, Simonis sa-*
settes crudelissimus, & Archelaus filius Ma-
gadisi, idcirco sperantes ueniam, quod Iudeos ui-
ctores reliquerat. Titus autem, cum haec eorum in Iu-
deos crudelitatem audiret, utrumque obtrucare decre-
uit. Dicebat enim necessitate, non uoluntate ue-
nisse: nec salute dignos esse, incensam ipsorum
causa patrionum deferentes. Veru ne amen cohibuit
iracundiam fides, eosque dimisit: sed non eo loco
habendos, quos etiam alios credidit. Iam uero por-
eis milites ignem admonuerant, liquefactaqueq;
argento cito lignum flamma absumperserant, cum
subito aucte proximas inde poricias corripue-
re. Iudeis uero ignem circuus se uidentibus, corpo-
ra simul animaque ceciderunt: & stupore aetoniti
adiuuare quidem uel extinguere nemo conatus
est: stantes uero aspiciebant, nec tamen his qua-
absumeretur dolentes, saltem ut quod reliquum
esset saluum haberent, animum colligebant. Illo
quidem die, et que secunda est nocte, crescebat in-
cendum: paulatim enim nec simul undique, in-
flammari poricus posuerunt. postero autem die
Titus parte militum iussa incendium restinguere,
perque proxima poris loca uiam sternere, non
facilior agminibus esset ascensus, rectores ad se
conuocati: sexque collectis qui erant proceres, Ti-
berio Alexandro totius militia praefecto. &
Sexto Cereali quinta legionis preposuo, et Lar-
gio Lepido decime, & Tito Frigio quindecim-

cina, cum quibus erat etiam Aeternius Pro-
teo magister duarum Alexandrinariorum legio-
num. Et Marcus Antonius Julianus procura-
tor Iudeae, cōgregatisq; praeterea chiliarchis et
procuratoribus consilium de templo proposuit.
Alijs quidem videbatur lege belli utendū esse,
nunquam enim Iudeos à nonis rebus posse des-
movere templo manēre, quò omnes ubicunq; essent
colligeret. Nonnulli si templum reliquissene Iu-
dae, neq; armis pro eo quisquam certaret, conser-
vandum esse suadebant: si uero id pugna obe-
niuissent, ignibus consumēdum: quoniam castel-
lum iam uidetur esse non templum: Et piacu-
lum nō ipse, nec illi qui id fieri coegeret, com-
miserent. Tito autem, nec si superstantes dimi-
carene Iudei, pro hominibus anima carensia ul-
eiscēdum esse dicente, neq; se inquā tanū opus
incensurum: iam enim Romanorū fore hoc da-
minum, sive ornamenū quoq; fore imperij, si
maneret: iam certi quid ueller, ad eius accedens
senētiam, Fronto, Alexāder et Cerealis. Tunc
quidem cōsilia dimisi: iussisq; militibus quie-
scere, itemq; ducibus ut his in procinctu uali-
dioribus uiceretur, uiam sternere per ruinas le-
ctis ex cohorebus imperat, ignemq; extinguere.
Illo quidē die Iudeos labor timorq; ab impetu
conuinxit. Postero autem collectis viribus, et re-
cepia fiducia, per orientalem portam cōtra tem-
pli exteriorū custodes, secunda hora dies pro-
cessit.

currunt. Illi autem primā quidem coitionē for-
sicer excepere: sepeq; scutis, à fronde murū con-
densa acie imitantur: certum tamē erat eos non
diu duraturos, quod & multitudine infestantū
& animis uincerent. Cesar autē priusquā uer-
seretur acies (nam pugnā ex Antonia prospe-
ctabat) cum equitibus leclis uenit auxilio; im-
petum uero eius nō sustinuere Iudei: sed primis
interfectis, pleriq; fugam perirent: & cedentibus
quidem Romanis, reuerentes instabant: cùm au-
tem illi retorsissent, iterū refugiebant: donec cir-
ca horam quintam, Iudei nī coacti templum in-
troire cōclusi sunt. Titus autē discessit in An-
toniam, decreto postridie mane cum omni exer-
citu, aggredi, templumq; oppugnare. Sed id pla-
nè Dei sententia iamdudum igne damnauerat:
euolutioq; ieporibus aderat fatalis dies, qui erat
decimus mensis Augusti, quo etiam prius à re-
ge Babyloniorum fucrat cōcrematū. A dome-
sticis autem causam principiumq; sumpsie id in-
cendium. Nam cùm paulisper Tui discessu sedi-
siosi quievissent, Romanos rursus aggrediantur,
custodūq; templi cum ignem exterioris fani re-
stinguenteribus pugna committitur. Hicq; Iudei
in fugam uersis, usq; ad templum accesserunt.

Quemadmodum templum incensum est iubito
Tito.

C A P. X.

Hic itaq; tūc militiū quidā, nō expectato cu-
nsquā edicto, neq; tamū facinus uerius,
sed

sed diuino quodā motū impetu; à contubernali
 suo sustollitur, et ex ardēte materia rapu ignem
 in fenestrā inserit aureā, unde ad mēbra circum
 tēplum edificata de septētrionali regione aditus
 erat. Flamma uero excitata, Indorū quidē ca-
 lamitatē dignus clamor exoritur, & ad subne-
 niendum properabat: neq; iam uita parcēdum
 rati, neq; uiribus temperādum, amissō eo cuius
 gratia cauissimā nidebanteur: maturè autē hoc
 Tito quidā nuntiat. Et ille (namq; casu in taber-
 naculo quiescebat sicut à pralio redierat) exiit,
 templumq; curriculo petiit, prohibiturus incen-
 dium: omnesq; post eum duces. & hos agmina
 perterrita sequebātur. Clamor autē ac tumultus
 erat tanto exercitu sine ordine concitato. Casar
 autem uoce simul ac dextera pugnātibus signo
 dato, ignē iubebat extingui. Sed neq; nox eius
 audiēbatur, quidā aures eorū maior clamor ob-
 strueret, nutrumq; dextere non attendebat, cùm
 alios bellū, alios ira distraheret. Interò currētiū
 uero agminū impetum, non precepit neq; inter-
 minationes cōtinebant: sed quid furor eos duce-
 ret, sequebātur. Ad ipsos autē in eroitū cōferti,
 mulci quidē se se innicē conculebant: mulci ne-
 rō ardētibus adhuc & fumantibus poreicuū
 incidentes ruinis, eadem que uicti patiebanteur.
 Cūm uero ad tēplum accessissent, edicta quidē
 Casaris nō audire simulant, precedentiē quisq;
 ut ignē immutaret hortabatur: sed iosis amēta

dam subueniendi quidem spes nulla erat, sed fū-
ga & cedes omnia possebas. Magna uero po-
puli multitudo inualida & incmis, ubiunque
occupari fuerāt, interficiebatur. Et circū aram
quidem ingens mortuorum numerus concreba-
tur: per gradus uero templi, & sanguis multus
profluebat, & eorum corpora qui supra cecide-
rāt delabebātur. Cesar autē ubi neq; imperium
insanicium mulsum continere poterat, & flam-
ma domonabatur, in uero cum rectoribus ingres-
sus, & sanctum templi, & quacunq; illuc erant
aspexit, ea quidē que apud alienigenas erat fas-
ma meliora, iactatione uero & opinione dome-
stica non minora. Cum autē flamma nondum ex
ulla parte ad interiora penetrasset, nec membra
qua circum templum erant depasceretur, quod
erat uerū existimans adhuc illud posse seruari,
& ipse profiluit, militesq; rogare ut ignē restin-
guerēt conabantur: & Liberalem centurionē de
siparoribus suis, fuste multatos qui non obedi-
rene insit arcere. Illorū autem furor belliq; im-
perius quidam uehementior, Iudaorumq; odia.
& Cesaris reverēiam & prohibentis metu su-
perabat: plerosq; autem pradarum spes incita-
bat, suspicātes intus omnia pecunia referta esse,
quoniam fores auro factas conspicerent. Pra-
eterea quidam mules ex his qui intrauerant, ciuitate
Cesar ad inhibendum incendium eucurrisse,
ignem iam cardinibus porta subiecerat: cumq;
subito

subito, postquam flamma imus apparuit, ex duces
 cū Casare discedebant, exstantes extra succen-
 dere nemo prohibebat. Tempū quidem hoc mo-
 do in iusto Tito exurierunt. Sed quamvis hoc mul-
 tū quis deflendū pueret, ut opus omnium que au-
 diuimus aut vidimus maximè admirabile, tam
 ex structionis genere, quam magnitudinis, itemq;
 munificentia in singulis rebus, ex gloria que de
 sanctis habebatur, maximum tamen ex fato ca-
 paci solarium: quod ut animalibus ita operibus
 locisq; fatum sic ineluctabile. Mirabitur autem
 in eo etiam circumacti temporis ex fide. Nam
 ex mensa, ut dictum est, eumq; diem seruant,
 quo primum à Babylonij templum erat incen-
 sum. Et à prima quidē structione templi, quam
 Solomon rex inchoauerat, usq; ad hoc excidiū,
 quod enenit secundo anno principis Vespasiani,
 mille centum triginta colliguntur anni, ex se-
 ptem menses, ac dies quindecim. A posteriore
 vero, quam secundo anno Cyri regis Aggas
 fecerat, usq; ad excidium quod Vespasiano ins-
 perante sustinuit ciuitas, anni sexcenti triginta
 nonem, ex dies quadraginta quinq;.

De sacerdotibus, gazophylaciorib; & porticu. C. X I.

Cum templū autē incendere ineret, etiā quic-
 quid in manus forē uenisset rapiebatur,
 et cades erat infinita deprehēsorū. Nec acta suarū
 at atri miseratio, aut reverētia castitatis: sed ex
 pueri et senes et sacri ex profanis. mulier inter
 ficie

ficiebatur, atq; omne genus hominū belli calamitas persequebatur, unaq; supplices cū repugnansibus necabatur: flamaq; ulterius progredivens, cū gemitu occubentium concrepabat. Et pro aleitidine quidē collus ardētisq; operis magnitudine, totā quīs ardere crederet ciuitatem. Illo autem clamore nihil maius aut horribilius excogitari potest. Nam ex Romanarū legionum tremore erat, ex seditionis ferro igniq; clausorū clamor ingens, ex populi sursum deprehēsi ad hostes fuga cū stupore, ac calamitatis cōquefū: in colle autem constitutis, etiam multitudi oppidi consonabat. Iam uero multi fame mācidi, in morem penē luminibus clausis, postquam ignem templi uidere, in questus interim uires clamoremq; receperunt. Resonabat autem ex trans fluuium regio, ex montes circumpositi grauiorem sonum reddebat: ex tamen erant clades acerbiores tumuli. Nam collē quidem in quo templum erat exurē radicibus quis putaret, ita undiq; flamma plenū: nidebatur autem sanguis igne largior esse, pluresq; interfectoribus imperfecti: omnisq; terra cadaveribus regebatur, ex supra corpora mortuorū gradientes milites cursum fugientium sequebantur. Laetocinalis quidē multitudo, tandem pulsis Romanis, in exteriū tēplū, dcinde in ciuitatiē inuidit: populi autē quod fas reliquū, in exteriōrem porticū configerat. Sacerdotū autē non-

nulli, primum ueribus, itemq; sedibus suis, quia
ex plumbō facta erant, auulsi, in Romanos pro-
missilibus uebanter: deinde cum nihil profice-
rente, ignisq; in eos enomeretur, in parietem se-
cedentes octo cubitis lauum ibi manebant. Duo
tamen ex nobilibus, cū ad Romanos trāscundo
seruari possent, aut cōmūnem cum ceteris du-
rare fortunā, simetipso in ignē iniecere, & cū
templo cōcremati sunt, Meirus filius Belga, &
Iesaphus Dalei. Romani autem, quod frusta se
circum templum edificijs parcere iudicabant,
cum ipsum templū arderet, omnia simul incen-
dūt, & quicquid ex porticibus reliquū erat, &
portas: preter unam ex parte orientali, aleram
ex meridiana, quāvis eas quoq; postea funditus
euererint. Quinctiā arcuas, que gazophylacia
uocātur, incendūt, in quibus magna uis erat pe-
cunia, ac plurimū uestimenta, aliaq; bona, & (ne
breuiter dicam) omnes Iudeorū congestā diuī-
tia, & opulēissim⁹ quisq; illuc totas domos ex-
hauerant. Venerunt autē etiam in eam quae re-
stabat nā porticū, extra templū quō confuge-
rēt ex populo muliercula, itemq; pueri & pro-
mischa multitudo, propè ad sex hominū millia.
Sed prius quā de his Cesār quicquam decernē-
ret, uel ducibus imperaret, ira flagrātes milites
incendunt porticum. Hinc contigit, ut alij quā
se ex flamma precipitare morerentur, alios
ipsa corrūperet: ex tanto autem numero nemo
seru

Seruans est. Hū causa incertus quidā pseudopropheta fuerat, qui eo die predicauerat in ciuitate, q̄ eos in templum Deus ascendere signa salutis accepturos iuberet. Multi enim à tyrannis tunc subornati propheta, populo denunciabant, ut exspectarent Dei auxiliū, quo propterea minus profugerent, & eos qui supra timorē & cuncti studiā fierēt, spes retineret. Cito autē in aduersis homini persuadetur. Quod si etiā malorū instantium liberationem pollicearit qui fallit, necessariō qui ea patitur, spei totus efficitur.

De prodigiis excidium Hierosolymæ præcedentibus & præfigiis.

CAP. XII.

tudine domi remāsī. Omnes autē cūm exīssent,
loca ubi taneū stare possene occupauerant, quā-
tus spectandis imperatoribus modus sufficeret,
concesso necessario transiit. Cumēta uero turba
militari ante luce per turmas atq; ordines pro-
gressa cum rectoribus suis. Et circa ostia con-
ficiuta non palauū superioris, sed prope Iudeis
templum (ibi enim principes nocte illa quiesce-
bant) prima iam aurora incipiente procedente
Vespasianus et Titus lauro quidem coronati,
amicūlū uero paria ueste purpurea: et ad Octa-
uianas ambulationes transiit. ibi enim sensu-
iu, et ducum proceres, et honorati equites
eorum prestolabantur aduentum: tribunal au-
tem ante porticus factum erat, sellaeq; eburnea
in eo præparata. Quò cūm ascendisse conser-
deret: statimq; eos militaris fauor exceperit, mul-
tis uirue testimonijs prædicans. Illi autē inter-
mes erant, in ueste serica laureis coronati. Per-
cepitis autē laudibus eorum Vespasianus, cū di-
cere adhuc uellē, silentij signū dedit. Magnaq;
omnium quiete facta surrexit, et amicūlū ma-
gnam partē capitis adoperatus, solennia nota ce-
lebravit: idemq; Titus fecit. Perfectis autē no-
tis,

ris, Vespasianus in cōmune omnes breviter allo-
cūus, malices quidem ad prandiu, quod his ex
more ab imperatore parari solet, dimittit: ipse
verò ad portā rescedit, que ab eo, quod per illam
semper triumphorū pompa ducitur, nomen ac-
cepit. Ibi et cibū prius capiebant. Et triūpha-
libus uestibus amicti, dūs ad portā collocais ea
sa hostia, inter spectacula transcurrentes triumphū
ducebāt, ut multitudini facilior praberetur aspe-
ctus. Pro merito autē narrari multitudine eorum
spectaculorū et magnificētia non potest, in o-
mnibus que quisq; cogitaueat, uel artiū factis,
uel diuinarū opib; uel natura nouitate. Nam
penè quacūq; hominibus qui usquam sunt for-
sunatis paulatim quaesita sunt, alijs alia mirabi-
lia ariq; magnifica, hac uniuersa illa die Roma-
ni imperij magnitudinē probanere. Etenim ar-
genti auriq; necnon eboris in omni specie ope-
rū multitudinem, nō ut in pompa ferri cerneres,
sed ut ita dixerim omnia fluere. Et alias quidē
uestes ex rarissimis generibus purpura portari,
alias diligētissima pictura variatas arte Baby-
lonia: gemma autē clarissime et multa, alia co-
ronis aureis, alijs alijs operibus inclusa traducta
sunt, ut appareret fruſtra nos earū usquam re-
rium esse aliquid suspicari. Ferebantur etiā si-
mulacra, que illi deos habene, et magnitudine
mirabili. Et arte non defunctoriē facta, horūq;
nihil non ex pretiosa materia. Quin et anima-

lium diuersa genera producebantur, proprijs
ornamentis induit. Erat autem etiam que sin-
gula portaret magna hominum multitudine, per
pureis vestibus atq; inauratis ornata. Ipsi etiam
qui ad pompam fuerant ab alia turba discreti,
principia & mirabili ornamentorum magnificet-
cia culii erant. Insuper his, ne captiuorum quidē
multus in ornatum videres, sed varietas & pul-
chritudo quidē uestium natā ex fatigacione cor-
porum deformitatem, oculis subtrahebat. Ma-
xime autē stupori erat, pegmarum qua porta-
bantur fabricatio, pro cuius magnitudine timē-
dum viribus portantium occurrentes putabantur
multa enim in terrū nidum quarumq; surge-
bant: & magnificetia fabrica cum admiratio-
ne delectabat: multis aurata ueste circundatis,
cum aurū praeterea factum atq; ebū omnibus
esset affixum. Multis autē imitationibus bellū
aliter in alia divisum, ceteram sui faciem demō-
strabat. Erat enim cernere uastari quidem for-
tunatissimam terram, totas necrō inservici acies
hostium: & alios fugere, alios captivos ducere
murosq; excellentes magnitudine machinis di-
vini, & castellorum excindī munimēta, & po-
pulosarum ciuitatum moenia dislubbari, exer-
ciumq; intra muros infundi: cedusq; omnia loca
plena, & eorum qui manu resistere non po-
terant preces: ignemque templis immossum,
adūmqq; super dominos post muleam uastatio-

nem euerstiones: atq; annis tristitiam, deflu-
sis non in arua culia, neq; ad hominum uel pe-
corū portū, sed per terrā ex omni parte flagran-
tem. Hac enim Iudas bello passi sunt: ars auctem
ex consectorum operū magnitudo, nesciēbus
adhuc facta tanquā præsentibus ostendebant.
Eras autē per singula pegmata capta cinitatis
dux, ita ut caput fuerat ordinatus. Multe etiā
maues sequebātur. Spolia uero alia quidē pas-
sim ferebātur: eminebat autē ea que apud Hiero-
solymam in templo reperita sunt, mensa aurea
• ponderis talenti magni. ex candelabru similiter
quidem auro factū, sed opere cōmutato ab usus
noſtri consuetudine: nam media quidē colūna
basi habebat, tenuis autē ab ea cannula prodi-
cebatur, formata ad similiudinem fuscina, ad
summū quoq; in lychni specie fabricata. Erat
autē numero septem, septimi dicitur, qui apud Iu-
daos est, indicans honorē. Post hac autē por-
tabatur lex Iudeorū, nouissima spoliorū. Dein-
de transibant plurimi uictoria simulacra por-
tantes, omnia ex auro ex ebore facta. Post
haec Vespasianus prior ibat, et Titus deinde se-
quebatur. Domitianus autē adequabat, ipse
quoq; ornatus pulchritudine, dignumq; specta-
ri exhibens equū. Pompa autē suis fuit Capito-
lini Ionis exemplum, quō postquam uenit est, con-
stitutre. Erat autē uetus mos pairius, opcriri do-
nec ducis hostium moriē quispiam numerare.

Is erat Simon Giora, tunc inter captiuos in pompa traductus: laqueo nero circundatus per forū trahebatur, quo tū simul caderet qui ducebant. Lex autē Romanis est, ibi necare criminū reos moree damnatos. Postquā igitur eum finē vita habere nuntiatū est, omniūq; favor secutus est, tunc hostias inchoanere: hisq; secundo per uota solennia omne peractus, in palatiū recessere. Et alios quidem epulis ipsi excepere, alijs autē omnibus domi coniutorū instrucli erant appara-tus. Hunc enim diem urbs Romana celebra-bat, uictorie quidē in hostes graecorum, finem uero malorū ciuilium, & spei bona pro felicitate principiū. Post triumphos uero, & Ro-mani imperij firmissimū statū, Vespasianus Pa-ci templum adificari decrevit. Itaq; mara cele-brata, & qua hominū cogitationem superaret, effectū est. Magna enim dñitiarum largi-
tus, insuper perfectis id pictura ac figmentorū operibus exornauit. Omnia namq; in illud sa-num collecta ac deposita sunt, quorum uis-en-dorum studio per totū orbem, qui ante nos fuerunt, uagabantur: quomodo alind apud alios fuerum esset, uidere cupientes. Hic autem reposuit etiam qua iudeorum fuerant instrumen-ta, his se magnifice ferens. Legem uero eorum, & penitralium uela purpurea in palatio condita seruari praecepit.

Herodium & Machætus à Basso capta. C A. X X V.

IN Iudaā uero legatus missus Lucilinus Bas-
sus, suscepito à Cereali Veriliano exercitu, ca-
stellum quidē t. erodium cū praesidio deditio-
cepit. Post autē omni manu militari collecta,
muli autem in partes diuisi erant. Ex legione
decimā bellū inferre Macharūti stanis. Valde
enim necessarium videbatur id excindi castel-
lum, ne multos sui munimine ad defctionem
inuitaret. Nam ex salutis spem habitatoribus
ceteram, ex aggredienteibus hesitationē atq; for-
midinem, natura loci præstare maximè poterat.
Nam ipsum quidē quod muro cinctū est, saxo-
sus est collis, in procerā aliquid sine surgens, ex
ob hoc etiā capi difficultis videatur: sed ne uel ac-
cedi posset eō natura excoigit arat, que nullibue
cum ex omni parte uallauerat, quarū altitudo
oculis comprehēdi non posset: nec transire erat
facile, nec agrestu ulla ratione compleri possi-
ble. Num ea que ab occidente secat uallis, L. x.
stadys distenditur, unde Asphalites lacus ei
limitem facit. Ex hoc uero tractu ipse Macha-
rus aliissimo uertice supereminet. A septētrio-
ne autē ex meridie, ualles magnitudine quidē
supradicta cingunt, simuliter uero sunt inextri-
cables ad oppugnationem. cuius uero uallis quo
ab oriente est, aliundo non minor centū cubitis
innuenitur, monte uera ex aduerso Macharunis
posuo terminatur. Ex loci natura perspecta rex
Alexander, primus in eo castellum cōmuniuit.
quod.

quod postea Gabinius bello cū Aristobulo ge-
sto depositus. Herodi autē regnāti, omnibus lo-
cis dignior cura nūsus est. Et cōstrūctione inis-
fama, propter Arabū praeipue uicinitatē: nūq;
opporiūne situs est, eorū fines prospectans. Ma-
gno ergo locū muro amplexus ac turribus, cini-
zaiē illuc fecit incolis, unde in arcem ipsam fere-
bat ascēsus. Quin et circa ipsum uerticē rur-
sus murū adificauerat, turresq; in angulis sexagenorum
cubitorū creixerat. In medio autē am-
bien regiā struxerat, magnitudine simul habi-
tationū ei pulchritudine locupletiē. Multas ne-
rō cisternas recipiendis aquis abundeq; suppe-
ditandis, locis maxime idoneis fecerat: ueluti cū
natura certaret, ut quod illa sui loci expugna-
bile fecerat, ipse manu struttis munitionibus su-
peraret. Insuper enim et sagittarū multitudinē
machinarumq; reposuit: et omnē apparatū ex-
coepitauit, qui habitatoribus posset magna ob-
sidionis praestare contemptū. Erat autē in ipsa
regia ruia mirabilis magnitudinis: à nulla enim
fici uel celsitudine uel magnitudine uinceba-
tur. Fcrebant autē eam ex Herodis temporibus
perseuerasse: māssiſſetq; ulterius profecto, sed ab
Iudeis qui locum ceperane excisa est. Vallis au-
tem, qua ciuitas à parte septentrionali cingitur,
quidam locus Baaras appellatur, ubi radix eō-
dem nominē gignitur: qua flāma quidē afſimilis
est colore, circa uesperam nerō ueluti iubare
fulgu

fulgurans, accendentibus eamq; euellere cupientibus facilis non est: sed tā diu refugit, nec prius manet, quā si quis urinā muliebrē vel menstruū sanguinē super eam fuderit. quinetiā tūc si quis eam tetigerit, mors certa est, nisi forte illā ipsam radicē ferat de manu pendente. Capitur autem alio quoq; modo sine periculo, qui talis est: Totam enim circūfodiunt, ita ut minimum ex radice terra sit conditū: deinde ab ea religant canem: illoq; sequi cum à quo religatus est cupiens se, radix quidē facile euellitur: canis uero conuenio morient, tanquā eius uice à quo herba sol lenda erat, traditus, nullus enim postea accipientibus metus est. Tantis autem periculis propter unam uim capi eam operapretiū est. Nam quo uocantur demonia, pessimorū hominū spiritus, nimis immersa, eosq; necantia quibus subnentū non fuerit: hæc cito, etiam si tantummodo admoveatur agrotantibus, abigit. Fluunt autē ex eo loco aquarū fontes etiam calidarū, mulū inter se sapore diuersi. Alij namq; amari sunt, alijs nihil dulcedinis deest. Multi autē frigida aqua oreus, nō solum in humilioribus locis fontes alteros habent: sed quod amplius quis miretur, in proximo quedam spelunca cernitur, nō quidē alie cana, saxo autē imminēte protectæ super hoc ueluti due māma inter se paululum distantes eminent: ex altera quidē frigidissimū foneem, altera calidissimum fiendit: qui mixtū
lanac

lancerum suuissimū prabent, mulierisq; morbis
 ac uies salutare: maximè uero nenuoru cura-
 tionis cōuenies: habetq; idem locus metallū sul-
 furis & aluminis. Bassus autē conēplauis un-
 diq; regionem, ualle orientali repleta accessum
 parare flauit: opusq; inchoauit, properans ag-
 gerem quamplurimū excolle, facilemq; per eū
 oppugnationem facere. Qui uero inies fuerant
 deprehēsi, ab extēnis segregari Iudas, illos qui-
 dem cogere, inane uulgo esse existimātes, infe-
 riorem obseruare ciuitatem, ac pericula priores
 excipere: superius uero castellum ipse occupauū
 tenebāt, & propter munitionis firmitatem, & ue-
 saluti sua consulerent. Imperia ueros enim se ue-
 niam opinabātur, si locū tradidissent Romanis.
 Prius autē uolebāti spem declinanda obsidio-
 nis experiendo conuincere: ideoq; alaci animo
 in dies singulos excursus habebāti, & cum his
 quos fors obculisset cōseruis manibus, mulierie
 riebātur, mulierisq; Romanos interficiebāt: sem-
 per autem uerisq; ex tempore plus uictoria ca-
 piabatur: Iudas quidem, si incamiores aggredier-
 ensur: in aggere autē posuisse, si improniūtum
 excusum eorum bene sepiē armis exciperent.
 Sed non is erat finis obsidionis fuerus. Res au-
 tem quedam formido gesta, inopinata castelli
 tradidi necessitatē Iudas imposuit. Erat iner-
 obfessos iuuenis et audacia ferox, et manu stren-
 uis. Eleazarus nomine: is autē fuerat excus-
 fibus

fibus nobilis, multos egredi a geslumq; prohibere cogitans, et in fratribus semper graviter Romanos afficiens: audaciaq; sua socios prosequens, impetum quidem facilem his, periculo autem vacuum discessum efficiebat nouissimus recedendo. Itaq; discreta quodam die pugna, et utraq; parte digressa, ipse tanquam despiciens omnes, existimans nemine iuc hostium preliū excepturū, exera portam remāsit: et in muro stantes alloquebatur, tota mente illos attendens. Hanc autem opportunitatē uidit quidam ex castris Romanorū Aegyptius, nomine Rufus: et quod nemō sperasset, impetu factō cum ipsis eum armis repente correptum, cū hoc viso stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum traduxit. Postquam nero dux nudum pracepit extēdi, et in aperto constitutum, ut ex ciuitate conspiceretur, cedi uerberibus, uchemēter Iudaos cōfudit casus iuuenis, uniuersaq; ciuitas in fletu erat et quilibus, unius uiri clade perculta. Id ubi Bassus animaduerit: consiliorum aduersus hostes hoc principiū sumpsi: eorumq; miserationē angere cupiens, quatenus coacti pro eius salute castelli traditionem facerent, quod sperauit adepus est. Nam ipse quidem, uelut mox Eleazarum suspensus, crucem desigi iussit: ea uero conspecta, maior castellanos dolor invasisit, et ululando querebanur, ineolabilens esse calamitatem nociferātes. Tunc igitur Eleazarus

zarus eos orabat, ne uel se despiceret, morte misericordia subiurum, sibique ipsi salutem praberent, postquam iam subacti omnes Romanorum viribus ac fortuna cederent. Illi autem et eius sermone fracti, et quod multi inter eos pro eo precabantur (ex magna enim et numerosa cognatione genus ducebat) et cora ingenii suu misericordia uicti sunt: et quibusdam celeriter missis colloquenter, castelli traditionem facere petentes, ac reddito sibi Eleazar, sine metu dimitti. Cum autem his assensua esset dux Romanorum: multitudo circumatus inferioris, imis separatis cum Indeis cognita paxlione, ipsi clam nocte auspicere statuerunt. Cum uero portas aperuitur, ab his quod deditio promiserant ad Bassum natus uenire, sine iniuria salutis eorum sine formidine, ne eorum fuga causam ipsi praestaret. Sed foreissimi quod fugientium, quod processerant, euagere reliquorum aut uirtutem quod nulla sepiungenti percipiunt: muliercula uero et pueri in seruicium ducti. Spousiones autem cum his qui castellum dedidere habitas, Bassus conseruandas esse ratus, et ipsos dimisit, et Eleazarum reddidit.

De Indeis à Basso interemptis & Indea diu uendita.

C A P . X X V I I .

His autem administratis, in saluum, qui appellatur Iardes, ducere properabas exercitum, mulei enim illuc congregati esse nuntiabantur, qui pridem tempore obsidionis, ex Hierosolymis et Machernse profugerant. Ergo cum ad locum

locum uenisset, neq; falsum fuisse nuntiū repe-
 risset, primo quidē omnē locū cū equitibus cin-
 git, ut si quis Iudeorū conatus fuisset euadere,
 fugiēdi per equites copiā non haberet: pedes
 autē syluā iuſſit cedere, in quā confugerāt. Hoc
 modo ad necessitatē adduci sunt fortiter ali-
 quid faciēdi, uelut ex audaci certamine fortasse
 fugā etiā reperirent. Itaq; simul uniuersi, &
 clamore imperiū factō, in eos à quibus cincti fue-
 rānt, irruunt. Illi autē fortiter excipiebāt: mul-
 taq; his audacia illis cōcētione usis, diu quidē
 pratiū traclūtū est, non autē similis euenit finis
 pugna certāib⁹. Nam Romanorū quidē duo-
 decim tācum consigis occumbere, neq; multos
 sauciari: Iudeorū uero ex illo prelio nullus ena-
 fuit: sed cūm nō essent pauciores tribus millibus,
 prostrati sunt omnes: eorumq; dux Iudas Iairi
 filius, de quo suprà meminimus, qui ordini⁹ cui-
 dam pr̄positus cum Hierosolyma obſideretur,
 quibus demersus fuerat cloacis, laetier effugit.
 Eodem uero iēpore Casar etiā ad Liberū Ma-
 xiniū ſcripsit (erat autē procurator) ne omnem
 terrā uēderet Iudeorum: nec enim ciuitatem in
 ea cōdidit propriū ſeruans ſibi eorū agrū. Solis
 autē octingētis militibus illis relēctis, locū de-
 die quē incolerēt, qui uocatur Emmaus, distas
 autē ab Hierosolymis triginta ſtadij. Si pendit
 uero ubiunq; degerent Iudeis indixit: binasq;
 drachmas ſingulis annis deferre in Capitolum

inſit, ita ut antehac Hierosolymorum templo
pendebant. Et res quidem Iudaorum illo tem-
pori hunc statum habebant.

De clade Antiochi regis & eruptione Alano-
rum in Armeniam.

CAP. XXVII.

IAM uero quarto anno Vespasiano adminis-
trante imperium, contigit Comagenes regem
Antiochum maximas clades cum tota domo in-
currere, ex causa huiusmodi. Cesennius Petrus,
qui tunc Syria administrabat, siue re uera, sen-
propter inimicitias Antiochi (certum non uelde
patefactum est) literas ad Casare misit, Antio-
chum dicces deficere ab Romanis cum Epiphane
filio decreuisse, pactis habitis cum rege Parthorū:
proptereaque debere illos ante capere: ne si priores
nouas res adorii essent, totum Romanorum imperium
bello perurbaretur. Non erat autem Casar huiusmodi
nunquam ad se perlatum neglecturus. Nam uicinitas
regum, ma. ore negotiorum prouidentia dignum esse fa-
ciebat. Samosata enim Comagenes maxima ci-
uitas iuxta Euphratem sita est, ne esset Parthis
(eo namque id copitanere) facillimus transitus, cuius
autem recipi acutum. Fide igitur habita, et poten-
tia sibi permissa, ut ageret quod expedire ni-
datur, negligendum non putauit. Subito tamen,
Antiocho eiusque sociis nihil opinariibus, in Co-
magene ingratis est, ex legionibus quidem sexcentis
ducens, et insuper quasdam cohortes alaqueque equi-
tum: habebat autem auxilio reges, Chalcidicea
stris lob

Aristobulum, Emesaq; Sohemium. Introitus autem illus erat sine certamine, quod nemo indigeretur manus ualebat opponere. Antiochus enim insperato perculsus nuntio, bellum quidem contra Romanos nec cogitatione concepit. Decreuit autem, toto regno in eo quo erat statu relicto, cum coniuge ac liberis egredi, hoc se Romanis proratum ab ea suspitione que sibi ingereret probaturum esse ratus: progressusque de ciuitate cemum originea propemodum stadiis, in capo tabernaculum ponit. Petus autem in Samosata qui eam capessenter mutari, et per eos ciuitatem tenebat: ipse uero cum alio milite in Antiochiam ire contebat. Non tam rex uel ipsa necessitate adductus est aduersum Romanos aliquid bellicum gerere: sed fortuna sua quiescens, quiduis pati sustinebat. Adolescentibus autem, belloque; peritus, utique; corporis praefatibus filiis eius non erat facile in calamitate sine pugna durare. Itaque ad uirtutem se conseruunt Epiphanes et Callinicus. Vehementer autem pugna prota die habuita, insigni fortitudine demonstrata sunt: nullaque; parte juarum uirium diminuta descendit. Antiochus uero neque; pugna hoc modo pertulit manere dum tolerabile uidebat: sed abduxit coniuge cum filiabus in Ciliciam fugit. atque; hoc facta milium suorum animos fregit: nam ueluti desperatio ab eo regno defecere, et ad Romanos se transmovere. omniumque; erat desperatio. Ergo priusquam penitus destinerent auxilijs, Epiphani cum case-

ris fernare se ex hostilius erat necessariū: finiūq; omnes equites deceū, qui cum his una transgressi sunt flumē Euphratē: hinc iam sine metu profeti, cum ad Vologesem Parthorū regē uenisse, nō quasi profugi dispecli sunt: sed ac si fortunā pristinam reuinerent, omni honore dignati sunt. Antiochū uero, ubi Tarsum Cilicia uenit, misso ceteriori Pergae uictū Romā transmisit. Vespasianus autē ita regem ad se deduci nō passus est, dignius esse ratu veteris amicitia habere rationē, quam belli occasione inexorable iracundia seruare. Itaq; inbet ei iter agēti auferri uincula, intermissaq; interim profectione Romanū, apud Lacedemonē degere: magnos uero ei peccata reditus prabet, ne nō modò copiose, sed etiam regiē uictū haberet. His Epiphanes et caeci cognitus, qui patri ante metuebāt, magna cura & inexorabili animos relaxarunt, & ipsi quoq; spem recōciliandi cum Cesare cōcepere. Cū ex sem etiā Vologeses de his scripsisset ad Cesarem (nec enim quānis feliciter ageret, extra Romanum uiuere patiebātur imperiū) & cū Cesare his mansuetate facultatē dedisset, Romā uenerunt, pare autē ad eos ex Lacedemonē statim aduenīto, cum omnis honor eis haberetur, ibi mansere. Alanorū autē natio, quod quidē Scytha sint, iuxta flumē Tanain & Maeotides paludes sedes habētes, iam quodā loco memorauimus. His neutrō temporibus initio consilio, ut serrā Aegidiā, & uicep

ulcerius predandi causa peruaderent, cum rege Hyrcanorum colloquuntur. namq; is est illius transitus dominus: quē rex Alexāder ita secessat, ut portis ferreis clauderetur. Adiu autem sibi prabito, uniuersi nihil suspicantibus Medis incumbunt: eorumq; fines populosos, omnigenumq; pecorū plenōs diripiebant, cūm resistere nullus auderet. Nam qui regnū terrā obtinebat Pacorus, metu percussus, in difficultate loca refugiens, catcris quidem bonis omnibus cesserat: nix autem ab illis coniugem ac concubinas suas captas, datus centū talenüs redemerat. Summa ergo facultate sine pugna prædabundi, usq; ad Armeniae uastantes omnia processere. Eius autē Tyridates rex erat: qui cūm his omnino bello conflixisset, nō mulium absuit quin niuis in illa acie caperetur. Procul enim quidam musso cum laqueo circumdatum tracturus fuerat, nisi celeriter gladio rupisset laqueū, atq; ita fugisset. Illi autem pugna multo magis effracti, terrā quidem depopulati sunt: magnā uero hominum multitudinem, aliamq; ducentes prædam ex ueroq; regno, ad sua domusilia redire.

Excidium Massadæ castelli munitissimi. C. XXVIII.

A pud Indeam uero mortuo Basso, Flavius Silua in administratione succedit: ex aliā quidē terrā bello subactā uidēs, unū autē adhuc rebelle superesse castellū, omni qua in illis locis habebatur manu collecta, aduersus id militem

monit: nomen est autem castello Massada. Princ
eps vero siciorum, a quibus fuerat occupata uon
eras mir praeponens Eleazarus, ex origine Iude,
qui non paucis Iudeis persuaserat, ut anie dixi
mus, ne profissione facerent, quando censor Cyre
nus in Iudeam missus est. Tunc enim siccari con
spicaverunt in eos, qui Romanis dicto audiueres
esse uellent: omniq; modo his quasi hostibus re
bauerat, diripiendo quidē et abigendo eorum bo
na, ignem vero domibus iniiciendo. Nihil enim
illos ab alienigenis differre dicebant, qui pugna
erat iam periculam Iudeorum libertatem tania igna
nia prodiisse: magisq; se optare sub Romanis
seruitū professi essent. Erat anie id plane ca
satio, et crudelitatis aeq; auaritia dicebatur
obtenuit: manifestum autem rebus effectū est. Nam
ūdem illi et defectionis socii fuerūt, et bellum
cum Romanis communiter suscepere. Causa vero
peior illorū in eos facta est: et cum mēita prior
eorum reselleretur occasio, peius tractabat eos, quā
nequitia sua iustis assertionibus exprobrare.
Fuit enim quodāmodo illud tēpus apud Iudeos
omnium generū malitia fœcundissimū: ne nul
lum opus intermitteretur insectum: nec si quis
excogitādo fingere uoluisset, haberet quo magis
nouū aliquid inueniret. Ita et priuatis et com
muniter omnes unū erant, et exuperare alium
alios tam impietate quam iniquitate in proxi
mos certabat: potentes quidē multitudinē male

tract

eractando, mulcendo uero ad incertum poteritum
 properando. Illus autem erat dominandi cupiditas,
 his autem nim faciendi, bonaque locupletum diri-
 piendi. Primi quidem sicary fuerunt iniquitatis in
 propinquos et crudelitatis autores, nullo neque
 uerbo indictio ad iniuriam, neque factio intenatio
 ad exitium eorum quibus insidiaretur penitus pre-
 termisso. Verum ut hos Iohannes moderatores
 esse demostriauit. Non solum enim omnes inter-
 ficiebas qui necessaria et profutura suaderent,
 tanquam inimicissimos maxime ciues eiusmodi
 impetens, sed etiam patriam malis plurimus cum
 lauit: qualia facturus fuerat qui Deum quoque iam
 esset a suis impietate contemnere. Nam et mensa
 nefaria uescibatur, et legitimam patriamque exter-
 minauerat castimoniam: ut iam si minime mis-
 rum, si maxime crudinis communionem minime ser-
 uabat hominibus, qui Dei pieatē furore contem-
 pserat. Rursus Simon Giora, quid mali non con-
 misit, quem liberorum corporum iniuria temperauit,
 qui cum creanere tyrannum? Quae uero eos ame-
 citia, que ne cognatio ad quotidianas cades non
 ferociores efficie? namque alienos quidem male tra-
 ctare, incertus nequitia opus esse arbitrabantur:
 clarissimam uero gloriam parere crudelitate in
 familiarissimos existimabant. Horum furor
 amuli, etiam Idumai fuere: illi enim sceleratissime
 perempti poteritibus, ne qua pars conservaretur
 pieas in Deum, rocam quod ex ciuitatis facie

supereras, abscidere, summamq; per omnia initio-
bitiam induxerunt: in qua illud hominū genus,
qui Zelotes appellati sunt, nigris: qui nomē fa-
ctis uerū probaverunt. Omne enim malitia faci-
tus amulati sunt, nullo in amulatio, quod ante
cōmūsum memoria tradidit, pratermissit: quānis
uomen sibi ex bonorū amulazione imposuisse:
qui eos quos ledere, propter efferaū sui naturam
camillando fallebat, qui malorū qua maxima es-
sene, bona ducebant. Itaq; debitū uita finē inue-
nire, merita illis omnibus poena Dei uolumate
decreta. Cuncta enim qua natura hominis posset
ferre supplicia, in eos usq; ad extremū uita ter-
minū congesta sunt, qua narūs perempti crucia-
tibus perculere. Fortasse dixerit aliquis minora
eos quam cōmiserere percessos, uerū qua rādem
digna tāci sceleribus pœna affici poterant? De
illis autē qui in eorū crudelitate inciderūt, non
est huius temporis pro merito cōqueri. Rursum
igieur ad eam narrationis partē redeo, unde di-
gressus sum. Venit enim dux Romanorū contra
Eleazarū, & qui cū eo Massadā tenebāt sica-
rios, exercitiū ducēs: & fines quidē statim omnes
obtinuit, praesidijs ubiq; locis opportunitissimis
collocatis: castellum autē muro circundedit: ne
quis obfessorū fugiendi facultatem haberet, utq;
custodes persenerarent: ipse uero castris locū oc-
cupat, ad obsidionē quidem idoneū, quem dele-
gerat, qua parte castelli rupes mons proximo
appl.

applicabantur, ceterum difficile ad copias uen-
suum. Non solum enim commensus ex longin-
quo, & cum labore Iudaorū maximo porraban-
tur, quibus hec fuerat cura mandata, uerū iam
potus aliunde in castra ducebatur, quoniam in
eo loco nullus fons proximus nascebat. His
autē dispositis, Silva obſidionē aggressus est, ar-
tis ac laboris cogenitam, propter castelli munitionem,
cuius natura huiusmodi est: Saxum gyro
non exiguum, & excelsum longitudine, undiq;
abrupeus aq; alis nullibus cingitur innibili
super fundo habēs scopulos: ipsaq; omnium sunt
animalium gressibus inaccessa, nisi quod duobus
modis idem saxū in difficilem explicatur ascen-
sum. Est autē unū iter ab lacu Asphaltite ad
solis oreū, & alterū ab occidente facilius ambu-
lari. Vocatur autē unum Coluber, ex angustia
crebrūq; flexibus capta similitudine, qua enim
prominet rupes, frangitur, ac saepe in se reuertēs,
paulatim rursum produciuntur: mixq; illo itinere
gradiens promouet pedē, namq; mutantē nesti-
gium, necesse est altero pede niti. Est autē certa
pernicies, si quis labatur: altitudo enim rupium
merinq; dehiscit, ne qua horrore quemuis terrere
audaciissimum possit. Per eiusmodi uiam cū x. x.
stadis ascenderis, quod restat uerius est non in
acutū fine coacti, sed ne habeat in summo pla-
niciem. In hac primus quidē ionathas ponit ex
castellum adificanis, & appellans Massadam.

Post

Post annum Hierodi magno studio fuit loci illius
 structio: nam et muri per omne eius gyrum ere-
 xit. stadiorum spacio sepius, et candido lapide factum.
 Et duodecim altum, luumque octo cubitus: ex
 XXVII. turres quinquaginorum cubitorum in eo
 stabant, ex quibus aditus erant in aedes circa
 omnem murum intus adificatas. Rex enim veticem,
 quod fecundus, omnique planicie mollior esset, cul-
 tura destinaverat: ut si quando exterorum alimen-
 torum penuria contigisset, ne hac quidem laboraret,
 qui salutem suam castello credidisse. Quin et
 regiam sibi edificaverat, ab occidentalis parte
 ascensu, intra moenia quidem arcis positam, uergen-
 tem autem ad septentrionem regia uero murus crux
 magnus, ac firmissimus quaevis celsitudine sexa
 genorum cubitorum in angulis turres habebat.
 Membrorum autem intus, et poricium itemque bal-
 nearum uaria erat ex sumptuosa constructio, co-
 lumnis quidem et singularibus faxibus undique sub-
 fistuisse, parietibus autem membrisque solida com-
 page lapidum uariatis. Ad singula uero habita-
 cula, et in summo, et circa regiam, et autem tur-
 res muleos magnosque puecos in scopulis excide-
 rati, custodes aquarum: tantam molitus abundan-
 tiam, quantam qui fontibus uerenent haberent.
 Fossa uero ex regia in arcem summam duce-
 bant, quas foris nemo cernebat. Sed ne manifeste
 quidem usus facilem sui usum prabere hostibus
 posserant. Nam orientalis quidem uia natura est

inaccessa, ut suprà memorauimus. Occidentalem
uerò, magna in angustia posita curri conclusis,
que nō minore mille cubitorū spacio ab arce di-
staret, quam neq; transire posse, neq; capi facile
uidebarur. Inexicabilis autē, quamuis licenter
ambulantibus, fuerat fabricata. Ita quidē aduer-
sus hostiles imperus natura simul & manu ca-
stellum erat cōmunitum. Ineius autē repositi ap-
paratus, magis & diuturnitati & opulentiam
iuxtere: nam & frumentū mulium erat condi-
tum, & quod in longū tempus sufficere posset:
uinumq; mulū & oleum: insuper autē cuiusq;
leguminis fructus, & palmula coaceruata. Cum
Elaq; reperit Eleazarus, castello per dolum cum
sicarijs occupato, matura, nihilq; recens deposuit
deteriora: quāquam ferè ex quo apparata sunt,
ad excidium a Romanis illatū, centū annorum
cepus agebatur. Quinetiā Romani fructuū reli-
quias incorruptas offendere. Si quis autem can-
sam diuturnitatis aurā esse existimet, non erra-
uerit, quod arcu altitudine ab omni terrena ac
forentia materia sit remota. Inuenta est autem
omnigenū quoq; armorum multitudine, ab rege
condita, qua decē nullibus mirorū sufficeret, fer-
ruumq; infectū, necnon aris & plumbi materia:
quippe ut magnis de causis factū crederes appa-
ratus. Siue enim Herodē idipsum castellum
sibi ad refugiū paruisse, duplex periculū suspi-
cū: unum quidem ab Iudeorū populo: ne se
depo-

deposco, illos qui ante reges fuerant, ad principia reduceret. Alterum vero maius atq; atrocissimum, ab regina Aegypti Cleopatra: haec enim suam sententiam non cebabat, sed cum Antonio sape herba faciebat, postulatas Herodem interfici, sibi asem obsecrans regnum Iudaorum donari. Et magis quis muraretur, nondum eius imperio Antonium pavuisse, male eius amore mancipatum, q; non donatur sperasset. Proprius eiusmodi metus Herodes conditam Massadam, extremum belli contra Judeos Romanis opus reliquit. Nam quia foris iam longum omnem muro circuarum dux Romanorum, sicne supradiximus, ad ne quis effugiet diligenter procuraverat: incipit oppugnatione, uno ratiuum loco reperto, qui aggressum iactum posset excipere. Nam post eam curram qua iter ab occidente, quod ad regiam summumq; monte duceret, praecubebat, erat quedam continetia saxi nastior latitudine, mulumq; porrecta: celsitudine autem Massada trecentis cubitis inferior, quam Lencen appellabam. Hanc igitur Silva us ascedit ac tenuit aggressum apportare milibus iussum: illis autem acutri animo et magna manus operariibus, solidus ad ducentos cubitos erectus est tumulus. Verum neque firma neque sufficiens machinis ferendis hac mensura videbatur: sed super eum tribunal, construtis saxis ingentibus, sanctum est: aleum itemq; luum cubitis l. Erat autem etiam aliarum machinarum fabrica illis assimilis, quas primo quidem Vespasianus ad
 oppug-

oppugnaciones, postea uero Titus excogitauera: ex tauris L. X. cubitorū effecta est tota ferro concepia, unde multis balistarū tormentorumq; iaculis Romani cito eos repulere, q; de muro pugnabat, ex capite exercere prohibuere. Similiter autem ingenti etiam arietē fabricato. Silua crebro murū pulsari iubet: ac uix quidē tamē aliquam eius deinceps partē interruptam. Cito autē praeuenire sicarij muro intus altero constituto, q; ne machinis quidē simile aliquid patueret: mollis enim adhuc erat, ex imperio laxare uiolentiam poterat, hoc modo constructus. Trabes proceritate magnas. Ex quā scēta sene cōsinentes compofueruntur autē ordines erant duo similes, tanquamq; distantes quāa effet muri latitudo: ex inter eos ambos replebat aggere spatiū. ne uero crescente cumulo terra deflueret, alijs transuersis trabibus quas in longitudinē posuerane colligabantur. Erat ergo illis opus quidem adificio simile: sed quod cedenti infrebantur machinarū ictus evanescerent, luceq; subdente strictiore fabricam faciebant. Hoc ubi silua considerauit, igni in ignis murum captum iri putans, multas quidē ardentes faces militibus inerò iaculari precepit: murus autem, quippe uia magna ex parte lignis construetus, ignē cito cōprehendit, ex usq; ad hīmū suē laxitatem calfactus, ingenti flamma colluxit. Insipiente quidem adhuc incendio, spirans aquilo Romanis erat horribilis: auertiens enim de super flam

flammam in eos abigebat, et penè machinas
 quasi iam conflagraturas desperauerant: deinde
 flamin mucaro, ueluti diuina promidēcia excitatus
 austor, multa ni in aduersum cū murū repulit:
 ianq; torus ardebat ex alto. Romanis quidē cum
 Dei uerētur auxilio, ad castra lassī digredieban-
 tur, decreto hostes luce aggredi, et nocte uigilias
 accuratiores facere, ne qui corū clam subeerfu-
 geret. Sed neq; ipse Eleazarus de fuga cogita-
 bat, neq; ali⁹ cuiquā permisurus erat ut faceret.
 Videns autē murū igne consumptū, alium uero
 nullum salutis modū neq; uiri uis excogitans:
 sed his que Romanī in se liberosq; fmos et con-
 siuges facturi essent si uicissent, ante oculos pos-
 tuis, de omnium morse consiliū cepit: idq; ex pra-
 fessibus fortissimū ratus, malidioris animi socijs
 uesperi cōgregatis, talibus ens uerbis ad facinus
 innubabat. Cum olim uobis decretū sit, uiri for-
 tes, neq; Romanis, neq; cuiquam ali⁹ seruire, nisi
 Deo: is enim solus est uerus et iustus dñs homo-
 num: ecce nunc tēpua adeſt, quod factus uestros
 probare animos imbeat. Ne igitur nos dehone-
 stemus, autē quidem seruitur nec sine periculo
 passi, nunc autē cum seruitur inolerabiles pœ-
 na subiuri, si uiuos in Romanorū portuflatē ne-
 nire contingat. Primi enim omnium ab his de-
 fecimus, et nouissimi cum his bellum gerimus.
 Puto autē et hanc nobis à Deo gratiā darām,
 ne beneat liberē possimus mori, quod ali⁹ non
 euenie

euenit prater spē superatis. Nobis autē certū est,
orto die suuī excidiū. Libera est autē strenua
mortis cōditio cū affectibus: nec enim prohibere
id hostes possunt, qui profectō nos opeant uinos
abducere, neq; nos illos iam possumus superare
pugnando. Nam foreasse quidē ab initio statim
oponuit, quādo libertatē defendere cupicibus
omnia & à nobisipfis acerba peioraq; ab hosti
bus eueniebat, de Dei uoluntate cōcere. & sci
re q; amica ei quondā Iudeorū natio damnata
esset ineerens: manens enim propitius, uel saleem
nobis leuiter infensus, nūquā tantorū quidē ho
mīnū perniciē neglexisset: sacratissimā uero ur
bem suā igni hostiū excidioq; pro didisset. Nos
autē soli scilicet ex omni genere Iudeorū spera
vimus seruata libertate superare, tanquam nil in
Deū deliquissemus, nulliusq; culpe participes
fuissemus, qui alios quoq; docuimus. Itaq; uide
tis quenadmodum nos uana exspectasse redi
guit, forteiore nobis speratis rebus malorū neces
itate illata. Nec enim quicquā nobis castelli na
tura inexpugnabilis profuit ad salutem: sed &
alimentorū copiā, & armorum multitudinem,
aliumq; habētes abundansissimū apparatum.
ipso Deo manifestissimè austrente spē salutis
perdidimus. Ignis enim qui ferebatur in hostes,
in edificiū a nobis murum nō sponie reuersus
est. Sed haec muleorum ira sunt criminum, qua
furore capti contra gētisles ausi sumus: pro qui
bus

bus queso ne Romanis iniūctissimis pœnas, sed
 per nos ipsos Deo præstamus: iste autē illis mo-
 deratores sunt: morientur enim coniuges in in-
 ria nacula, liberi servitutis expertes. Post illos
 autē ipsi nobis honestam iniūctē gratiā præbe-
 mus, libertate seruata optima sepulcra. Primi
 tamē & pecunias & castellū igne exuramus.
 Mōrebūt enim Romani, ecclī scio, si neq; cor-
 porā nostra tñuerint, compendioq; caruerint.
 Alimenta sola relinquamus, hac enim nobis
 erunt testimonio morsuū, q; nō penuria uicti su-
 mus: sed ita ut ab initio statueramus, mortē ser-
 uituti prætulimus. Hac dicebat Eleazarus: sed
 non in cūndū modū presentiū seneentiae cōgrue-
 bant. Sed alijs quidē ei obedire properabant, &
 quasi uoluptate replebantur, pulchrā esse mortē
 existimātes. Qui uero molliores erant cōiugum
 ac familiarū suarū misericordia, uel etiam pro-
 prius quemq; apertissimus deterrbat interitus,
 aliusq; aliū inuenēs, contrariū uoluntatis sua mo-
 sum lacrymis designabant. Quos cūm uidisset
 Eleazarus formidare, ac magnitudinē consiliq;
 animis frangi, pertinuit ne ciuiā eos qui fortior
 dicta perceperūt, effeminarēt flentes ipsi ac de-
 plorantes. Ergo exhortationē nō intermisic: sed
 erectior, mulioq; repletus spiritu, clariorem de-
 immortalitate anime orationē incipie: magnaq;
 usus exclamacione, lacrymantes attentius aspe-
 ctans: Plurimum, inquit, opinione deceptus
 sum:

sum : qui putarē uiros fortes pro libertate cer-
 tantes, mori bene malle, quā uiuere. Vos autē ne
 cuilibet quidē homini quicquam neq; audacia
 neq; uirtute p̄fstatis, qui etiā magna mala iſſu
 gituri, morte ē imētis: cū oportet nos super hoc
 neq; cunctari, neq; expectare monitorem. Olim
 enim & à primo sensu nos crudire sacra patriæ
 orationes, maiorū quoq; nostrorū factus & ani-
 mis cōfirmatibus, perseverabat: quod uiuere ho-
 minis est, nō mori, calamitas. Nā mors quidē li-
 bertatē animis p̄fstant, ad propriū purūq; locū
 eas dimittit, ab omni clade futuras intactas.
 Donec autē mortali corpore uincē sunt, unaq;
 malis eius implentur, quod uerisimile dicitur
 moreua sunt. Diuino enim cū mortali societas
 eurpis est. Multū quidē potest anima iuncta cū
 corpore: instrumentū enim facit suū, latenter id
 mouēs, et ultra mortale naturā gestis producēs:
 Feruntamen cū pondere, quo in terrā detrahī-
 tur, quodq; ab ea pendet, absoluēa, propriū locū
 receperit, tunc beatā & undiq; liberam parti-
 cipat fr̄iitudinē: humanis oculis, ut ipse Deus,
 inuisibilis manens : nec enim cum est in corpo-
 re, conspicitur. Nam & accedit occulta, neque
 rursus cūm recedit uidetur, unam quidem ipsa
 habens incorruptā naturā, corpori autē causam
 pr̄abens mutationis. Nā quod anima attigerit,
 hoc uiuit atq; uiget: unde uero digressa fuerit,
 hoc marcidū morietur: tantum immortalitatis ei-

superat. Et huius orationis argumentium uobis
sit somnus: in quo in se collecta anime, nesciā
eas distrahente corpore, iucundissimā quietem
agunt: cum Deo uero pro cognatione degentes,
ubiq; adsunt, ac multa futura prædicūt. Cur igit;
sur mortem timere conuenias, qui somni diligi-
mus quietem? quemadmodū autē nō sit demen-
tissimum, breuitatem uita sequentes, sibimes in-
uidere perpetuam? Oporiebat quidem nos do-
mestica institutione meditatos, alijs esse exēplo
prompte uoluntatis ad morem. Atamen si ab
alienigenis etiā rei fides petenda est, Indoruū uī-
deamus sapientia professores. Illi enim cum sine
.boni uiri, uita quidē tempus, quasi quoddā ne-
cessariū naturae manus, inniti sustinente: prope-
rante autem animos corporibus soluere: nulloq;
urgēte neq; exigitante malo, propter immorta-
lis conuersationis desideriū, alijs quidē prædicūt
se esse abiuros, nec est qui prohibeat quisquā
sed omnes fortunatissimos appellantes eos, ad fa-
miliares suos mādata mītunt: ita certā uerāq;
animis esse inter se consuetudinē credidere: ipsi
autem cum mandata percepérint, igni tradiū
corporibus, ut immaculata puraq; anima fecer-
naur, laudati moriuntur. Facilius enim ad mor-
tem illos amicissimā prosequuntur, quā extero-
rum hominū quisquā suos cines, in lōginquam
peregrinationem ituros. Et se quidem ipsos de-
fleunt: illos autem beatos dicūt, quōd immortali-
tate.

tais ordinē iam recipient. Non ergo nos pudebit, si deterius Indis sapiamus, propriaq; ignavia leges patrias, quae omnibus hominibus emulanda uidentur, inhonestè despiciamus? quāquā et si cōraria nos à principio instituisset crudeltatio, quod summū bonum est hominibus uincere, mors autē calamitas: attamen tēpus nos adhortatur eam bono animo et facile tolerare, Dei voluntate et necessario morituros. Olim enim quantum apparet, conera omne Iudeorum genus hoc decretū posuit Deus, ut uita careremus, qui ea nō eramus quemadmodum oporebas usuri. Non ausim enim nobis metip̄sis ascribere, neq; Romanis gratificari, quod nos omnes eorū bellū absūpserit. Non enim viribus illorū hac accidere, sed causa fortior interueniens, illis præst̄it ut uincere uiderentur. Quibus enim armis Romanorū p̄crempti sunt, qui Cesaream incolebant Iudei? ac ne defecturos quidem ab illis, dum diem septimum celebrarent, aggressa Cesariensiū multitudine, neq; repugnantes cum conjugib; ac liberis maclanerunt: nec uel ipsos erubuere Romanos, qui nos tanūmodo hostes, quod defecramus, putabant. Sed dicit aliquis, Cesariensisbus semper cum sua cunctatis Iudeis fuisse discordia, tēpusq; nactos uetus odiū exsaturasse: quid ergo de Scythopolitanis dicemus? Nobiscū enim illi proprie Gracos bellū gerere ausi sunt, ac non cū propinquis nostris Romanos

ulcisci. Multū igitur his fides illorum ac benevolentia profuit: siquidē ab ipsis cum totis familijs acerbissimè trucidati sunt, ac pro auxilijs gratias eis reddidere: nam que illos à nobis pati prohibuere, hac passi sunt, uelut ea ipsis committere uoluissent. Longū fiet, si uelim nunc separatim de singulis dicere. Nostris enim, quod Syria civitatu nulla est, qua nō Iudeos apud se habitantes occiderit, nobis quā Romanos plus inimicos. Voi etiā Damasceni, cum ne causans quidem probabilem confingere potuissent, cincratam suam cede nefaria repleuere, octodecim milibus Iudeorū cum coniugib[us] ac familijs emulatis. Eorū autē multitudinē plagiis in Aegypto peremptorum L. X. miliū numerū audiebamus excedere. Illi quidem fortasse in aliena terra, cùm nullū inuenissent hostibus aduersariū, ita sunt mortui. Et omnibus qui domi cū Romanis bellū suscepere, nihil decrāt eorū, quae spē totā possent prabere uictoria. Arma enim ex muri, ex castellorū inexpugnabiles fabricae, atq[ue] interriti spiritus ad pericula pro libertate subcunda, cunctos ad defectionem redditū fortiores: sed hac ad paucū tempus cū sufficiēt, seq[ue]st[us] sustulissent, maiorū malorū extiteret principium. Omnia enim capita sunt, omniaq[ue] hostibus succubuerunt, nelm illorū nobilioris causa uictoria, non ad eorū salutē, à quibus instruunt fuerant, apparata sint. Et in pralio quidē moros

eos beatos existimari oportet: repugnare enim
 & libertate non perdita perire. Eorum uero
 multitudinis, qui à Romanis subiugati sunt,
 quis non misereatur? quis uero antequam illis
 patiatur, mori properet? quorū alijs tores, tamq;
 igne quam uerberibus excruciatip eriere, alijs se-
 mesi à bestijs ad secundū earum cibū uiui ser-
 nati sunt: illorū quidē miserrimi habendi sunt,
 qui adhuc uiuunt, qui sape mortem optantes nō
 accipiunt. Ubi est autē illa magna ciuitas? Aut
 ubi est qua eosius genit Iudea metropolis fuit?
 Tantis quidem murorū sepius munitissima, tot
 uero ante muros castellis turriūq; obiectis moe-
 nibus rura, belliq; apparatu uix capiens, tot au-
 tem uirorū pro se pugnantū multitudinē con-
 tinens, quid nobis facta est, que Deū habere in-
 colā credebatur? Radicibus ex fundamentis ere-
 pta est, solaq; eius monumenta restat, eorum à
 quibus excisa est imposta reliqujs castra. Senes
 uero infelices ad cineres tēpli assident, & pau-
 ce mulieres ad turpisimā pudoris iniuriam ab
 hostibus rescrutatae. Hac secū reputās quisquam
 nostrū, aspicere solē durabit, etiam si uiuere sine
 periculo posse? Quis inimicus adeo patrie, quis
 tam imbellis, aut parcus anima, ut cū non pœ-
 nitentia hucisq; uixisse? Atq; utinā omnes fuimus
 mori, priusquā illā sacram ciuitatem
 hostium manibus uideremus excindi, priusquā
 exemplū sanctum tanq; impietate funditus erui:

sed quoniam spes nō infrenua nos illexit, quod
 furie poterimus pro ea hostes ulcisci: nunc autem
 evanuit, ac solos necessitatis dereliquit, mori be-
 ne properamus, nostris metu ipsi miscreamur, et
 coniugū liberoruq; dum nobis licet a nobis ipfis
 misericordiam capere. Ad mortem namq; ipsi
 nati sumus, et quos ex nobis genuimus, eamq;
 fugere ne fortissimi quidē possunt. iniuria vero
 et servitus, et uidere coninges ad turpitudinem
 duci cum liberis, non est malum hominibus ex na-
 tura necessitare proficuum: sed hac sua timidi-
 tate perforunt, qui ante mori cum licuit noluerent.
 Nos autem mulierum freti fortitudine, a Romanis
 defecimus: et postremo nunc illis ad salutem hor-
 tantibus, non parvimus. Cui igitur non est eorum
 iracundia manifesta, si nos viros subiungare po-
 tuerint? Misericordi qdē adolescentes erūt quorū vi-
 res corporis ad muleros sufficient cruciatus: mi-
 sericordi autem prouectiores, quorū etas clades fer-
 re non poterit. Videbit alius coniugem abduci,
 alius manibus reuictis uocem filij patrem im-
 plorantis exaudier. Sed dum liberi sunt et gla-
 dios habent, pulchrum ministerium nobis praebat,
 expertes servitutis hostium. Moriamur liberi,
 cum filiis et coniugibus uita decedamus. Hac
 nobis leges precipiunt, hac nos coniuges et filii
 deprecantur, horum necessitatem Deus misit,
 his contraria Romani nolunt, et ne quis nostru
 ante excidium pereat, timent. Festinamus igitur
 eis.

eis, pro sperata potiundi nostri uoluptate, stuporem moreis admirationēq; relinquere audacia. Adhuc cū orare cupieūt omnes interpellabāt, & effrenato quodā impetu pleni, ad opus incitabant: ac ueluti larvis exagitati, aliis aliū atrecapere cupiebat: hoc specimē esse fortitudinis, rectiōq; consilij existimātes, ne quis extremus remanere uideretur: Tantus eos & coniugū & filiorū & propria cedus amor inuasit. Sed nec, id quod aliquis puererit, cum facinus accederent obtusi sunt, uerū eam seruare sententiam, quā cū dicta perciperent, habuerunt: proprium quidē charūq; affectum recinentibus cūclis, rationi uero cedeneibus, quia iam optimē filiis consoluissent. Simul enim ualere uxoribus cū amplexu dicebant, ac liberos gremijs captos extremum lacrymantes osculabaneur: & simul tanquam manibus alienis iussa peragentes uolentes eos configebant: malorum qua subditī hostib[us] passuri fuerāt, cogitationē habentes pro solatio necessitatibus ad eadem. Deniq; nemo hac audacia minor inuenitus est. Cuncti autem cōiunctissimos transfixere: museri, quibus id necesse fuit, quibusq; filios atq; uxores occidere, malorum omnium uidebatur esse leuisimum. Igitur neq; horū iam factorū dolorem tolerantes, & imperfectos lesos existimantes, si uel brevissimū sēpueis superueniret, citò quidem uniuersis bonis in unum congestis ignem iniiciunt, sorte uero ex

numero suo decē lectis omnium percussoribus
 uniuersi etiam propter liberos ac cōtinges pro-
 stratos cōposuit, eosq; complexi manibus, parato
 animo se mactādos prabebat infelicissimū illud
 exhibentibus ministeriū. Itē autē intrepidē cū-
 ētis occisis, candē sortis legē in sua quoq; morte
 flameret, ut cui obtigisset, nouem peremptis se-
 met super eos occideret: ita omnes sibi confide-
 bant, quod neq; in audiendo, neq; in sustinendo
 facinore, præstaret alius alij. Et ad extremū ca-
 teri quidē se neci supposuerunt: unus uero atq; no-
 tissimus, circumspecta multitudine moremorū,
 ne quis forte in multa cede supereret qui sus
 manus egeret: ubi cognovit omnes peremptos,
 ignē quidē immutie regia: nemementi uero ma-
 nu toto per se transacto gladio, iuxta suos affe-
 ctus occubuit. Et illi quidē perierat, nullā cre-
 dentes animā ex numero suo Romanis subditā
 reliquissc. Laenii autē una mulier senior, et alia
 quedā Eleazari cognata, plurimū doctrina sa-
 pientiaq; mulieribus præstans, q̄ quinq; pueri
 per cuniculos qui aquam sub terra potni duce-
 bant abditū, cūm alij cædibus occupatas mentes
 haberent, qui erant nongemī numero q̄ sexa-
 ginta, cum mulieribus simul ac puerio. Hac an-
 tem calamitas acta est Aprilis mensis quinco-
 decimo die. Romani autem adhuc pugnam ex-
 pectantes mane aggeribus scalarum pontibus
 iuueniis muros aggrediebantur. Cūm uero hostiū

neminem uideret, sed undiq; uersum acerbam
solitudinem, ignemq; intus ac silencium. quid fa-
ctum esset coniūcere non poterant: & ad extre-
num uelut impellentes ielum arietis, ululatū, si-
quem forte prouocarent, dederunt. Clamorē au-
tem sensere mulieres, & ex cloacis emersa, fa-
elum Romanis ut erat indicarūt, altera earum
quemadmodum dicta uel gesta fuissent omnia
narrante manifeste. Non tamen Romani facile
his uerbis adducebantur, ausi magnitudinē ue-
risimile non credētes. Ignē uero extinguere co-
nabantur, perq; hunc uiam sectantes cito in re-
giā peruenere: cōspectaq; multitudine mortuo-
rū, nō ut in hostib; gauisi sunt: sed consilij for-
titudinem, & obstinatum in tanto numero re-
bus ipsis contemptum mortis admirabantur.

Interitus sicariorum, qui in Alexandriā & The-
bas profugerant. C A P. XXIX.

Huiusmodi autē peracto excidio, in castel-
lo quidem præsidii dux reliquie, ipse ne-
rō cum exercitu ad Cesarem profectus est. Nec
enim quisquam supererat in illis regionibus ho-
sium, sed iam tota Iudea belli fuerat longin-
quitate subuersa: multisq; suorum etiam pro-
cul incolentibus sensum perturbationis ac peri-
culum exhibuerat. Nā & circū Alexandriā
Aegypti civitatem postea contigit multos In-
daorū perire. His enim qui ex factione sicariorū
illuc effugere posuerūt, nō satis erat salmos esse:
uerum

uerū et illic nouas res conabantur, nec liber-
tatem defendenter, et Romanos quidem nihil
se meliores putarent. Deum uero solum domi-
num diceret. Cum autem quida ius Iudaorum non
ignobiles aduersarentur, illos quidem macerare,
alios uero instabat, ad defectionem eos horrantes.
Eorum autem uidentes confidentiam principes se-
niorum, iam cohibere eniū sibi non esse arbi-
trabanteur: sed congregatis omnibus in congrega-
tionem Iudeis, sic aiorū temeritatem publicabat,
illos omnium malorum causam esse demonstrares: et
nunc aiebant illos, quod nec si fugissent certam
spem salutis habentur uiderent, à Romanis enim
cognitos statim perituros esse, sibi debita calamis
